J. Es hat die Mutter unterdessen mit unsern Anverwandten und Freunden ausgetragen / daß sie den zornigen Vatter sollen begütigen.

L. Ist also dein Bruder mit dem Vatter schon versöhnt worden?

J. Das hat nicht viel Mühe (Wesens) bedörfft:

Dann es hatte den Vatter schon angefangen zu reuen / daß er sich also erzürnet / und daß er den Sohn so unfreundlich empfangen hatte.

L. Die

L. Nempe dies iram ejus lenierat.

J. Eâ tamen lege recepit illum, ut promitteret, se in Galliam rediturum statim à vindemia.

L. Vide, quàm ineptus sit iste in matres nostras affectus.

J. Atqui matres ipsæ sunt in causa.

Cur enim adeò tenerè nos adamant?

L. Naturam cogere difficile est.

J. Sed quid hoc? dum fabulamur, à lusu cessatum est.

L. Nihil inde nobis accedit mali.

Ad lectionem conveniamus jam.

Coll. XI.

Olerum genera

Conradus.

C. Ubi fuisti hodiè post pran-

L. Die Zeit hatte nemlich seinen Zorn gemildert.

J. Doch hat er ihn mit dem Beding angenommen / daß er versprechen solte / er wolle alsobald nach dem Herbst wieder in Franckreich ziehen.

L. Sihe / wie läppisch der Affect gegen unsern Müttern seye.

J. Doch seyn die Mütter selbsten Ursach (schuldig) daran.

Warum lieben sie denn uns so zärtlich?

L. Es ist schwer (bös) die Natur zu zwingen. (Die Natur lässt sich schwerlich zwingen.)

J. Aber was ist das? indem wir miteinander schwätzen / ist das Spiel unterlassen worden.

Es wird uns daher kein Unglück (nichts Böses) entstehen.

Lasst uns jetzt zu der Lection zusammen kommen.

Coll. XI.

Gattung der Kochs Kräuter.

Leonhardus.

C. Wo bist du heut nach dem

prandium?

L. In horto Præceptoris.

C. Quid illuc iveras?

L. Ille me miserat petitum olera.

C. Quæ igitur olera collegisti?

L. Vix enumerare possum omnia.

C. Saltem recense, quæ occurrunt memoriæ.

L. Sed cur istud petis?

C. Ut interim roco demur aliqua rerum nomina, quæ parvuli didicimus.

L. Pulchra est exercitatio.

Audi igitur, collegi Allia, Serpillum, Porros, Cepas, Nasturtium, Cuminum, Fœniculum, Thymum,

Amaracum, Hyssopum Apium, Salviam, Saturejam.

C. Herbæ sunt olentes, (odoriferæ) quas adhuc enumerasti.

L. Sic

dem Mittag-Essen gewest?

L. In des Herrn Præceptoris Garten.

D. Warum warst du dort hin gegangen?

L. Er hatte mich hingeschickt/ Küchen-Kräuter zu holen.

C. Was hast du dann für Kräuter gesamlet?

L. Ich kan sie kaum alle erzehlen.

C. Sag nur die her/ welche dir einfallen.

L. Aber warum begehrest du das?

C. Auf daß wir uns etlicher Namen der Sachen erinnern / die wir als junge Schüler gelernet haben.

L. Das ist eine schöne Ubung.

So höre nun / ich hab gesamlet Knoblauch/ Quendel/ (wilden Poley) Lauch/ Zwibeln/ Kressen/ Kümmel/ Fenchel/ Welschen Quendel/

Majoran/ Isop/ Peterling Salbey/ Saurey/ (Garten-Isop.)

C. Es sind wolriechende Kräuter/ die du noch bisher erzehlet hast.

L. Al-

L. Sic inſtitueram memoriæ gratiâ.

C. Perge porrò.

L. Paucæ quidem reſtant, ut Beta, Cichorium, Lactuca.

Oxalis, Eruca, Braſſica, Portulàca.

Plures non occurrunt.

C. Quî potuiſti tot meminiſſe.

L. Præceptor dederat mihi ſcriptum catalogum.

C. Noverasne omnes?

L. Nôram, alioqui interrogâſſem eum.

C. At ego non novi omnes, quamvis nomina didicerim.

L. Ego tibi plures etiam oſtendam, quum nobis licebit in hortum ire.

C. Multumne attuliſti?

L. Plenum calathum.

C. Sed de ſingulis quantum?

L. Nimis es curioſus: De ſingulis attuli, quantum opus fuit.

C. Tam-

L. Alſo hatte ich mir / deß Gedächtnüs halben / fürgenommen.

C. Fahre ferner fort.

L. Es ſeyn zwar wenig übrig / als Mangold / Wegwart / Lattich / (Salat.) Saurampff / wilder Senff / Kohl / Bürgel.

Mehr fallen mir nicht zu.

C. Wie haſt du ſo viel behalten können?

L. Der Præceptor hatte mir eine geſchriebene Verzeichnüs gegeben.

C. Kenneſt du ſie alle?

L. Ich kennte ſie / ſonſt hätte ich ihn gefragt.

C. Aber ich kennte ſie nicht alle / wiewol ich die Namen gelernet.

L. Ich will dir auch noch mehr zeigen / wann wir in den Garten werden gehen dörffen.

C. Haſtu viel geholt?

L. Einen Korb voll.

C. Aber wieviel von jeden?

L. Du biſt gar zu fürwitzig: Ich habe von jeden ſo viel geholt / als vonnöthen geweſen.

C. Ob

C. Tametsi curiosus tibi videor, tamen hoc velim mihi respondeas,

Scin' tu, in quem usum Præceptor tot olerum genera curet apparanda?

L. Partim, ut jus benè condiatur; partim ut minutal ex oleribus fiat.

C. An aliquid boni in cœnam apponetur?

L. Jus carnium pingue & benè conditum, carnes optimæ & minutal ex oleribus.

C. Unde scis ista?

L. Omnia vidi in culina,

C. Olera mihi sapiunt magis, præsertim æstate, quàm carnes ipsæ, aut pisciculi.

L. Optarem profectò servari carnes in hyemem, ut totâ æstate olera & fructus esitaremus.

C. At-

C. Ob dich schon beduncke/ ich sey fürwitzig/ doch wolt ich gern/ daß du mir darauf antworte st.

Weissest du/ zu was Gebrauch der Herr Præceptor so viel Gattungen der Kräuter lässt zurichten?

L. Theils/ daß die Supp wohl gewürtzt/ (schmackhafft gemacht) werde; theils daß man ein gehacktes Gemüß von Kräutern zurichte.

C. Wird man eewas Gutes zum Nacht-Essen auffsetzen.

L. Eine fette und wohlgewürtzte Fleischbrühe/ sehr gutes Fleisch/ und ein gehacktes Kraut.

C. Woher weissest du solches?

L. Ich habe alles in der Küchen gesehen.

C. Die Kräuter schmecken mir besser/ sonderlich im Sommer/ als eben das Fleisch oder die kleine Fisch.

L. Fürwar ich wünschte/ daß man das Fleisch auf den Winter aufbehielt/ damit wir den gantzen Sommer Kraut und Obs essen dörfften.

C. Aber

C. Atqui, ut accepi, ista minùs alunt.

L. Id ego quoque audivi aliquoties? Sed quid opus est studiosis tanto alimento?

C. Non tanto, fateor.

Si tamen Parentes vos viderent pallidos & macilentos, statim ejus rei culpam assignarent Præceptori. Nonne sic est?

L. Non est dubium; sed quid agas?

Parentes præcipuè matres nobis ferè nimiùm indulgent.

C. Vera quidem dicis sed tu interim matris indulgentiâ libenter frueris.

L. Quasi verò tu minùs?

C. Nec mentiar, quod tibi adscribo, in me quoque frequenter experior.

C. Aber wie ich vernomm nem/ nehret (ersprieſſet) jenes nicht ſo wol.

L. Das hab ich auch etlichsmal gehört: Aber was haben ſtudirende Leut ſo viel Nahrung (erſprieſſende Eſſen) vonnöthen?

C. Sie haben nicht ſoviel vonnöthen/ ich bekenns.

Doch wann euch die Eltern bleich und mager ſehen ſolten/ würden ſie die Schuld deſſen dem Herrn Præceptori zulegen. Iſt ihm nicht alſo?

L. Es iſt nit dran zu zweifeln; aber was ſolſt du thun?

Die Eltern/ fürnemlich die Mütter überſehen uns ſchier zu viel (ſeynd uns zu weich.)

C. Du ſageſt zwar wahr/ aber du braucheſt unterdeſſen der Mutter Gelindigkeit gar gern (haſt gern/ daß ſie weich (gelind) gegen dir ſey.)

L. Als wenn du es nicht eben ſo gern hätteſt?

C. Damit ich nicht lüge/ was ich dir zumeß/ eben das erfahr ich auch offt an mir.

Coll. XII.
Deploratio Paupertatis.

Antonius.

A. Quid hîc ſolus meditaris?

B. Meam deploro miſeriam.

A. Quænam te afficit miſeria?

B. Heu me miſerum, mutavimus claſſem; nec eſt mihi pecunia, unde libros emam.

A. Annon tibi dat Pater?

B. Dat quidem interdum, ſed parcè nimis.

A. Eſt igitur avarus?

B. Non ſequitur.

A. Quid igitur impedit, quò minùs pecuniam tibi ſuppeditet?

B. Paupertas: Præterea cùm peto, miratur tot nobis opus eſſe libris.

A. Nihil mirum, præſertim cùm ſit pauper; Sed

Coll. XII.
Klag über die Armut.

Bernhardus.

A. Was dichteſt (denckeſt) du da allein?

B. Ich beklage (betraure) mein Elend.

A. Was ligt dir für ein Elend an?

B. Ach ich armer Geſell / wir ſeynd in eine andere Claß kommen; und ich habe kein Geld / daß ich Bücher kauffe.

A. Gibt dir der Vatter keins?

B. Er gibt mir zwar bisweilen / aber gar zu kärglich.

A. So iſt er dann geitzig?

B. Es folgt nicht.

A. Was hinderts dann / daß er dir nicht Geld gibt?

B. Die Armut: Uber das / wann ich (ſc. Geld) begehre / verwundert er ſich / daß wir ſo viel Bücher vonnöthen haben.

A. Es iſt kein Wunder / ſonderlich weil er arm iſt:

Sed interim sis animo bono, nec te afflictes.

Dabo operam, ut te juvet Pater meus: Libenter enim largitur pauperibus, præsertim iis, quos novit esse pios, & bonarum literarum studiosos.

B. O quàm felicem me existimarem, si tua operâ me Deus adjuvaret.

A. Juvabit, spero, sed tu interim precare illum diligenter, ut mei patris animum erga te affectum reddat.

B. Rectè mones: Nam ut sæpè audivi è sacris concionibus, solus est Deus, qui hominum corda gubernat ac dirigit.

A. Ita res habet.

B. Vale mi Antoni, qui mihi animum reddidisti.

A. Tu quoque Bernharde vale. Sed dic mihi, quæso, quantum nummo

Unterdessen aber hab ein gut Hertz und bekümmer dich nicht (laß dichs nit anfechtē.)

Ich will sehen/daß dir mein Vatter hilfft: Dann er theilt den Armen gern mit/

sonderlich denjenigen/welche er weiß/ daß sie fromm seyn/und gern studiren.

B. O wie glückselig wolte ich mich achten/ wann mir GOtt durch dein Vorschub hülffe.

A. Er wird helffen/ hoffe ich/ aber bitte du Ihn unterdessen fleissig/ daß Er meines Vatters Hertz geneigt (gewogen) gegen dir mache.

B. Du erinnerst recht: Dann/ wie ich offt aus den H. Predigten gehört habe/ ist GOTT allein/ welcher der Menschen Hertzen regieret und lencket.

A. Also verhält sich die Sach.

B. Gehab dich wol/ mein lieber Antoni/der du mir wieder ein Hertz (Muth) gemacht hast.

A. Und du/ Bernhard/ gehab dich auch wol. Aber Lieber/ sage mir/ wieviel Gelds

morum tibi opus est?

B. Si duos haberem florenos, abunde esset mihi in præsentia.

A. Tace: Cras (ut spero) divinum auxilium senties.

Gelds hast du vonnöthen?

B. Wann ich zween Gülden hätte/hätte ich für dißmal übrig genug.

A. Schweig: Morgen (wie ich hoffe) wirst du die Götteliche Hülff spüren.

Coll. XIII.
Vindemia.

Johannes.

J. Salve Petre.

P. Salve & tu Johannes, auspicatò advenis. Valesne adhuc benè?

J. Rectè sanè, Dei beneficio.

P. Quando rediisti domo?

J. Nudius tertius.

P. Benè habet. Opportunè venisti.

P. Nempe sciebam, instare vacationis terminum (finem.)

P. Placetne, ut otiosè aliquandiu confabulemur?

J. Maximè: dummodò ab hac clamosa ludentium turba semoti simus.

P. Be-

Coll. XIII.
Der Herbst (die Weinlese.

Petrus.

J. Sey gegrüsst Peter.

P. Sey du auch gegrüsst/ Johannes/ du komst zu einer guten Stund daher. Bist du noch wol auf?

J. Noch wol/durch Gottes Güte.

P. Wann bist du vom Haus (Heimen) her wiederkommen?

J. Vorgestern.

P. Es ist gut. Du bist gelegen (eben recht) kommen.

J. Ja ich wuste wol/ daß das End der Vacanz (Ferien) da war.

P. Beliebts dir/ daß wir eine Weil ruhig miteinander sprachen:

J. Freylich: wann wir nur von der schreyenden Spiel-Bursch weg wären.

P. Benè mones: Secedamus in auditorium illud, quod est apertum.

J. Quàm aptè hîc sedemus? Agè loquamur liberè.

P. Estne peracta vestra vindemia?

J. Omninò.

P. Quantum temporis posuistis in toto opere?

J. Dies circiter quindecim.

P. Tunc igitur semper interfuisti?

J. Nullum intermisi diem.

P. Quid agebas?

J. Uvas sæpius colligebam.

P. Ad verbum *Colligebam* debuisti aliquid addere.

J. Quidnam quæso?

P. *Et edebam.*

J. Quid opus fuit? De hoc nemo dubitat.

Quis enim fructus bonos & maturos legeret, nec de illis ederet?

P. Pro-

P. Du erinnerst wol: Lasse uns in dieselbe Claß (Schuls Stube) gehen/ die da offen ist.

J. Wie gemutsam (bequem) sitzen wir da? Wolan lasse uns frey reden.

P. Ist euer Herbst verrichtet (vollbracht?)

J. Freylich.

P. Wieviel Zeit habt ihr mit der gantzen Arbeit zugebracht? (Wie lange seyd ihr mit umgangen.)

J. Ohngefehr funffzehen Tage.

P. Bist du dann allezeit darbey gewest?

J. Ich habe keinen Tag unterlassen.

P. Was thatest du?

J. Ich las zum öfftermmal Trauben.

P. Zu dem Wort: Ich las/ hast du sollen etwas hinzu setzen.

J. Lieber was dann?

P. Und aß.

J. Was ists vonnöthen gewesen? Daran zweiffelt niemand.

Dann wer wolte gute und zeitige Früchte lesen/ (samlen) und nichts davon essen?

P. Für-

P. Profectò rectè loqueris: Euge responsum hoc laudo.

J. Jamne putabas, os concluſiſſe mihi?

P. Iſtud ne cogitavi quidem.

J. Quid igitur?

P. Non expectabam tam promptum tamque prudens responsum.

J. Nihil eſt quod mireris. Nam, ut eſt in proverbio: *Sæpe etiam eſt elitor verba opportuna locutus.*

P. Cui debes hoc proverbium?

J. Magiſtro Hermanno, is enim nobis interdum ejusmodi proverbia & pulchras Sententias ex bonis Auctoribus dictat.

P. Optimè vobis conſulit.

Sed quibus horis id ſolet facere?

J. Nonnunquàm à cœna, ſæpiùs autem cùm in auditorio nihil habemus reddere.

P. Uti-

P. Fürwar du redeſt recht: Wolan / ich lobe dieſe Antwort.

J. Du meinteſt ſchon / du habeſt mir das Maul geſtopfft?

P. Das hab ich zuvorn ſt nicht gedacht.

J. Was dann?

P. Ich verſahe mich keiner ſo fertigen und klugen Antwort.

J. Du darffſt dich nicht verwundern. Dann wie man im Sprüchwort ſagt: Hat auch offt ein ſchlechter Mann etwas Gutes geredt.

P. Wem haſt du dieſes Sprüchwort zu dancken?

J. Dem Lehrmeiſter Herman / dann derſelbe dictirt uns bisweilen ſolche Sprüchwörter und ſchöne Sententz aus den guten Autoribus.

P. Er meints gar gut mit euch.

Aber zu was (welchen) Stunden pfleget er ſolches zu thun?

J. Bisweilen nach dem Nachteſſen / zum öfftern aber / wann wir in der Claß nichts zu recitiren haben.

P. Utinam sic omnes facerent:

Dummodò non essent impedimento quotidianis Scholæ exercitiis.

J. Benè subjunxisti istam vocula m *Dummodò.*

Sunt enim quidam Pædagogi,

qui suis dictatis & privatis lectionibus sic onerant pueros suos,

ut non possint in Schola Præceptoribus satisfacere.

P. Inde fit, ut ipsi Præceptores interdum conquerantur de talibus Pædagogis.

Sed quid agimus? Redeamus ad sermonem institutum.

J. Placet.

P. Fuistine semper occupatus in uvis colligendis?

J. Opus illud paucis diebus absolvitur,

propterea quòd magnus Operariorum numerus ad id conduci solet.

P. Quid

P. Wolte Gott / es machtens alle also:

Wann sie nur den täglichen Schul-Ubungen nicht verhinderlich wären.

J. Du hast das Wörtlein **Wann sie nur / wol darzu** gesetzt.

Dann es seyn etliche Kinder-Führer /

die mit ihren dictiren und privat - Lectionibus ihre Knaben also überladen /

daß sie ihren Præceptoribus in der Schul kein Genügen können leisten.

P. Daher kommts / daß die Præceptores bisweilen über solche Pädagogos klagen.

Aber was machen wir? Lasst uns wieder auf unser angestelltes Gespräch komen.

J. Gar wol.

P. Hast du allezeit mit Trauben-lesen zu thun gehabt?

Dasselbe Geschäfft wird in wenig Tagen zu End gebracht /

darum / daß eine grosse Anzahl Taglöhner darzu pflegt bestellet zu werden.

P. Was

P. Quid deinde fit?

J. Uvæ calcantur: Mustum hauritur è cupis majoribus:

Eâdem operâ diffundi tur in dolia:

Deinde uvæ ipſæ nondum expreſſæ ſubjiciuntur prelo in torculari:

Poſtremò exportantur & abjiciuntur vinacea.

P. Atqui tu non curabas iſta?

J. Immò curabam aliqua ex parte;

Nam agendis omnibus intereram, maximè ut ſollicitarem operarios.

P. Eras ergò illis tanquam præfectus & quaſi magiſter operum.

J. Immò eram reverà magiſter operum & præfectus, Pater enim me illis præfecerat.

P Quàm gaudebas iſto magiſterio?

Quàm pulchrum erat videre te cum tua gravitate

P. Was macht man darnach:

J. Man tritt die Trauben: der Moſt wird aus den groſſen Kuffen gelaſſen: (abzefäſſt?)

Zugleich in die Fäſſer hin und wieder geſchüttet:

Darnach werden die Trauben ſo noch nicht aus gepreſſet/ unter die Preß in der Kelter gethan:

Letztlich trägt man die Treber hinaus / und wirfft ſie weg.

P. Aber du nahmſt dich deſſen nichts an?

J. Ja ich nahm mich freylich deſſen etlicher maſſenan?

Dann ich war bey allem/ was man thun ſolte / ſonderlich die Arbeiter anzufriſchen

P. So hatten ſie dann als ein Aufſeher und gleichſam ein Fron-Vogt andir.

J. Ich war freylich ihr Fron-Vogt und Vorgeſetzter / dann der Vatter hatte mich über ſie geſetzt.

P. Wie ſehr erfreuteſt du dich über ſolche Meiſterſchaffe? Wie brav war es zu ſehen / wie du mit deiner Ernſt-

tate aliis imperantem, alios adhortantem, alios denique arguentem.

J. Profectò, si vidisses me, dixisses alium esse, quàm in Schola Discipulum.

P. Ut video, non eras otiosus.

J. Imò, ut bonus Paterfamiliâs, ipse adhibebam fæpenumerò manus operi,

ut ipsos operarios meo exemplo instigarem.

P. Non absre, ut apparet, pater te huic muneri præfecerat?

J. Nempe in aliis rebus expertus erat meam diligentiam.

P. Absit tamen verbo jactantia.

J. Ego sic intelligo, sed liberè sic loquor, quippe cum familiari meo.

P. Sed perganus. Quanta est vobis vini copia?

J. Me-

haffigkeit etlichen geboteſt/ etliche anmahneſt / etliche endlich ſtraffteſt (ausſchändeteſt.)

J. Fürwar / wann du mich geſehen hätteſt / hätteſt du geſagt / es wäre jemand anders als ein Schuler in der Schul.

P. Wie ich ſehe/ wareſt du nicht müſſig.

J. Ja ich legte/als ein guter Hausvatter/ offtermals ſelbſt Hand an/

daß ich die Arbeiter mit meinem Exempel aufmunterm (anfriſchen) möchte.

P. Der Vatter hatte dich nicht umſonſt/wie es das Anſehen hat / über dieſes Amt geſetzt?

J. Er hatte nemlich in andern Sachen meinen Fleiß erfahren.

P. Doch ohne Ruhm zu melden.

J. Ich verſteh es alſo/aber ich rede ſo frey / als mit meinem guten Freund.

P. Aber laſſt uns forefahren. Wie viel habt ihr Weins?

J. So

J. Mediocris, qualis ferè hoc anno ubique esse dicitur:

Tametsi vinum rubrum habemus affatim, album non item.

Verùm quicquid est, contenti sumus & de manu Domini cum gratiarum actione recipimus.

P. Quot implevistis dolia?

J. Plus minus quadraginta: Sed sunt alia aliis majora.

P. Papæ! annon videtur tibi magnus proventus?

J. Satis magnus quidem, sed non pro ratione anni superioris.

P. Quid refert? Quantò minor est quantitas, tantò etiam pluris vendetur.

J. Sic ferè solet evenire. Sed nonne tibi videor satis narrasse de vindemiis?

Quid præterea desideras?

P. Quo-

J. So mittelmässig / (zimlich /) wie es heur fast allerhalben seyn solle. (man sagt / daß es seye.)

Wiewol wir rothen Wein vollauff (genug) haben / dessen weissen aber nicht so viel.

Aber es sey was es wolle / seynd wir zu frieden / und nehmens von der Hand des HErrn mit Dancksagung an.

P. Wie viel habt ihr Fässer gefüllt?

J. Bey viertzig: Aber es ist je eines grösser als das ander.

P. Behüt GOtt! dunckt es dich dann nicht ein groß Einkommen seyn?

J. Groß genug zwar / aber nicht gegen dem vorigen Jahr.

P. Was ist daran gelegen? Je geringer die Quantität (Summ) ist / je theurer wird er auch verkaufft werden.

J. Also pflegt es insgemein zu gehen. Aber duncke dich / ich habe dir nicht genug vom Herbst erzehlet?

Was mangelt dir weiter?

P. Die

P. Quoniam abundare nus otio, volo etiam aliquid ex te audire de fructibus arborum:

Est enim quasi altera vindemia; Nonne habetis multos?

J. Permultos, quæ est Dei benignitas.

P. Quando collecti sunt?

J. Quo tempore vinum faciebamus, familia colligebat.

P. Quæ sunt vobis fructuum genera?

J. Mala, Pira, Castaneæ, Juglandes;

Sed malorum & pirorum multa est varietas.

P. Quid, Cotonea annon etiam habetis?

J. Imò habemus, sed ea sub malorum genere continentur:

Unde & alio nomine appellaatur mala cydonia.

P. Quid autem attulisti huc rediens?

J. Nihil nisi quasillum uvarum selectarum.

Sed

P. Dieweil wir gnug der Weil haben / will ich auch etwas vom Obs von dir hören:

Dann es ist gleichsam der ander Herbst; Habt ihr nicht viel?

J. Gar viel/welches GOttes Güte ist (durch GOttes Güte.)

P. Wann hat mans gesammlet?

J. Da wir kelterten/samlete es das Gesind.

P. Was habt ihr für Gattungen des Obs?

J. Aepffel/ Birn/ Castanien (Kesten) welsche Nüß;

Aber der Aepffel und Birn seynd vielerley Arten.

P. Was/ habt ihr nicht auch Quitten (Kütten?)

J. Wir haben freylich/aber sie werden unter der Aepffel Geschlecht begriffen:

Daher sie auch mit einem andern Namen Cydonier-Aepffel genennt werden.

P. Was hast du aber mitgebracht/ da du wieder bist hieher kommen?

J. Nichts als ein Körblein auserlesner Trauben.

Aber

Sed singulis posthac hebdomadibus mihi afferentur mala, pira, castaneæ, magno numero.

P. Interea da mihi, quæso, aliquot ex uvis tuis.

J. Eamus in cubiculum meum, ibi dabo tibi.

P. Equidem paratus sum eamus.

J. Illic etiam agemus de ultimo Colloquio in diem Lunæ repetendo.

Nam, ut opinor, id Præceptor inprimis exiget.

Aber man wird mir hinfort alle Wochen Aepffel/ Birn / Castanien / in grosser Anzahl brinen.

P. Unterdessen gib mir / bitte ich / etliche von deinen Trauben.

J. Lasst uns in meine Kammer gehen / da will ich dir geben.

P. Fürwar ich bin bereit / lasst uns hingehen.

J. Dort wollen wir auch handeln (reden) von dem letzten Colloquio, den man auf den Montag repetiren (wiederholen) wird.

Dann denselben wird der Herr Præceptor / wie ich meine / zuvorderst fordern.

Coll. XIV.
Patris Sollicitudo.

Elias.

E. Audivi Patrem tuum venisse hodie in Gymnasium.

B. Verum audivisti.

E. Cujus gratiâ venerat?

B. Ut pro meis alimentis Præceptori numeraret pecu

Coll. XIV.
Des Vatters Sorgfalt.

Benedictus.

E. Ich habe gehört / dein Vatter sey heunt in das Gymnasium kommen.

B. Du hast recht gehört.

E. Weßhalben war er kommen?

E. Daß er den Herrn Præceptorem für meine Kost bezah-

pecuniam, & me simul illi commendaret.

E. Nunquamne te ipsi commendaverat?

B. Immò sæpissimè.

E. Quid sibi vult istâ commendatione tam frequenti?

B. Amore vero me prosequitur.

E. Quid tum?

B. Ideò cupit me diligenter erudiri.

E. Quid, si commendat, ut sæpiùs vapules?

B. Ea est fortasse causa: Sed quid inde?

Non propterea diligit me minùs.

E. Unde istud colligis?

B. Quia puero tam necessaria est correctio, quàm alimentum.

E. Verum quidem dicis: Sed pauci ita judicant;

Nemo enim est, quin panem, quàm virgam malit.

B. Il-

bezahlete / und mich ihm zugleich anbefehlete.

E. Hatte er dich ihme noch nie recommendirt?

B. Ja gar offt.

E. Was will er mit dieser vielfältigen Anbefehlung?

B. Er hat mich rechtschaffen lieb.

E. Was ists dann mehr?

B. Deßwegen will er haben/daß man mich fleissig soll unterrichten.

E. Wie/ wann er dich recommendirt, daß du offt solleſt geschlagen werden?

B. Das ist vielleicht die Ursach: Aber was ists dann mehr?

Er liebt mich darum nichts desto weniger.

E. Woher nimmst du das ab?

B. Dieweil einem Knaben die Zucht so nothwendig ist / als die Kost.

E. Du sagst zwar wahr: Aber wenig urtheilen also davon;

Dann niemand ist / der nicht lieber ein Brod / als die Ruthen wölle.

B. Das

B. Illud est naturale omnibus, quis neget?

Sed tamen patienter ferenda est pœna, præsertim justa.

E. Sed, quid si pœna sit injusta?

B. Ea quoque patienda est nihilominùs.

E. Cujus causâ?

B. Propter JEsum Christum, qui mortem injustissimam, eamque acerbissimam tulit pro peccatis nostris.

E. Utinam id nobis in mentem veniret, quoties aliquid patiendum.

B. Præceptor id nos sæpè monet, quoties occurrit occasio:

Sed surdis narratur fabula, ut est in proverbio.

E. Ergo demus operam, ut simus posthac diligentiores.

B. Ita faxit DEus.

Coll.

B. Das ist allen angeboren/ wer solte es läugnen?

Aber doch soll man die Straffe geduldig leiden/ bevorab die gerechte (verdiente.)

E. Aber wie/ wann die Straff ungerecht (unbillich) ist?

B. Man soll dieselbe eins als den andern Weg leiden.

E. Von wesswegen?

B. Von wegen JESU Christi/ der den allerunbillichsten und darzu bittersten Tod für unsere Sünde gelitten hat.

E. Wolte GOtt/ dieser käme uns in den Sinn/ (wir dächten daran/) so offt wir etwas leiden müssen.

B. Der Herr Præceptor erinnert uns dessen offt/ so offt es die Gelegenheit gibt:

Aber es wird den Tauben ein Mährlein erzehlet/ (man blässt in einen kalten Ofen) wie man im Sprüchwort sagt.

E. So lasset uns dann Fleiß ankehren/ daß wir hinführo emsiger seyen.

B. Also gebe GOtt.

Coll.

Coll. XV.

Obedientia filialis.

Reinhardus.

R. Pater tuus, ut accepi, rediit è Gallia?

S. Rediit sanè.

R. Quando?

S. Die Lunæ vesperi.

R. Annon adventus ejus tibi molestus fuit?

S. Quid molestus? Imò verò jucundissimus.

Sed cur istud rogas?

R. Quia forsitan illo absente liberiùs vivendi tibi est potestas.

S. Nescio, quam mihi libertatem narres.

R. Potandi, ludendi, cursitandi.

S. An igitur putas, me nihil aliud agere, dum pater abest?

R. Sic ferè solent omnes.

S. Dissoluti quidem.

Nam, quod ad me attinet, absente patre sic vivo, ut eo præsente.

Non

Coll. XV.

Kindlicher Gehorsam.

Sigismundus.

R. Dein Vatter / wie ich vernommen / ist aus Franckreich wieder kommen?

S. Er ist freylich wieder kommen.

R. Wann?

S. Am Montag Abends.

R. Ist dir nicht seine Ankunfft beschwerlich (zuwider) gewesen?

S. Was beschwerlich? Ja überaus angenehm.

Aber warum fragstu das?

R. Dieweil du vielleicht in seinem Abwesen Macht hast / etwas freyer zu leben.

S. Ich weiß nicht von was für einer Freyheit du mir sagst.

R. Zu zechen / spielen / umher zu lauffen.

S. Meinest du dann / ich thue nichts anders / alldieweil der Vatter aus ist?

R. Also pflegen sie fast alle (insgesamt.)

S. Heylose Gesellen wol.

Dann was mich betrifft / lebe ich in Abwesen des Vaters eben also / als wann er zugegen ist.

Ich

Non poto, sed bibo, quantum satis est:

Ludo, cùm tempus postulat:

Non discurro, sed cum bona matris venia in publicum prodeo,

Cum videlicet aliquid habeo negotii,

R. Etiamne matri tantoperè subditus es?

S. Æquè ac patri; quid enim putas?

Nonne de utroq; æquale est Præceptum Domini?

Honora, inquit, patrem tuum & matrem tuam.

Quid Paulus noster?

Filii obedite, inquit, Parentibus in Domino.

Nonne Patrentum nomine Pater & mater continentur?

R. Istud à Latinis observatur Auctoribus.

S. Quin etiam si quod esset

Ich zeche nicht / sondern trinck / so viel mir genug ist:

Ich spiele / wanns die Zeit erfordert:

Ich lauff nicht hin und her / sondern mit der Mutter guter Erlaubnüs gehe ich aus / (unter die Leut.)

Wann ich nemlich etwas zu verrichten habe.

R. Bist du auch der Mutter so sehr unterthan?

S. Eben sowol als dem Vatter; Was meinst du dann?

Ist des HERRN Gebot nicht gleich von beeden zu verstehen?

Du solt / sagt Er / deinem Vatter und Mutter in Ehren haben.

Was schreibt unser Paulus?

Ihr Kinder / sagt Er / gehorchet euren Eltern in dem HErrn.

Werden nicht unter dem Namen der Eltern Vatter und Mutter begriffen.

R. Das wird von den Lateinischen Auctoribus, in acht genommen.

S. Ja wann auch ein Un-

esset reverentiæ discrimen,

videremur optimo jure plus debere matribus;

Ut quæ tantos labores ac dolores propter nos pertulerunt.

R. Noviego ista,& quæ dixisti, placent mihi omnia.

S. Cur ergò repugnabas mihi?

R. Ut eâ quasi repugnantiâ accerserem nobis sermonis materiam.

Nam,ut tute nosti, Præceptor sæpè nos exhortatur,

ut nostrum otium in ejusmodi sermonibus impendamus.

S. Bonum sanè otium, quod honesto in negotio consumitur.

R. Huc pertinet illud Africani Apophthegma, qui dicebat,

Se nunquam minùs otio-

terschied der Ehrerbietigkeit wäre/

hätte es doch das Ansehen/ als wann wir von gar guten Rechts wegen den Müttern mehr schuldig wären?

Als welche so grosse Mühe und Schmertzen unsertwegen erlitten haben.

R. Ich weiß solches wol/ und was du gesagt hast/ beliebt mir alles.

S. Warum wareſt du mir dann zuwider?

R. Daß ich mit derselben Widersprechung gleichsam uns eine Materi zu reden zuwegen brächte.

Dann wie du weisseſt/ vermahnt uns der Præceptor offt/

daß wir unsere müssige Zeit zu dergleichen Gesprächen sollen anwenden.

S. Das ist fürwar ein guter Müssiggang/ der in einem ehrlichen Geschäfft zugebracht wird.

R. Hieher gehöret jenes Africaners sinnreicher Spruch/ welcher sagte:

Er seye nit weniger müssig.

tiosum esse, quàm cùm otiosus esset.

S. Quid, annon Præceptor nobis sæpè etiam inculcavit?

Latinæ Linguæ cognitionem his potissimùm rebus comparari:

Videlicet sæpè scribendo, confabulando, Auctores legendo,

Germanica Latinè, & Latina Germanicè reddendo (vertendo.)

R. Ergo his rebus diligenter nosmet exerceamus, adjuvante Deo,

in cujus manu omnia nostra studia posita sunt.

S. Rectè mones: Sed jam tempus admonet, ut huic confabulationi finem imponamus:

Fortasse enim tuâ causâ cœna tardatur domi.

Plura ergò, si Dominus permiserit, in proximo congressu (sc. confabulabimur.)

R. Pre-

fig / als wann er müssig seye

S. Was hat es nicht der Herr Præceptor uns auch offt eingeblauet?

Daß die Wissenschafft der Lateinischen Sprache durch diese Stück fürnemlich erlangt werde:

Wann man nemlich offt schreibe / miteinander sprache / Autores lese /

Teutsche Sachen Lateinisch / und Lateinische Sachen Teutsch gebe.

R. So lasst dann uns in solchen Sachen fleissig üben / mit GOttes Hülff /

in dessen Hand (Gewalt) alle unsere Studia stehen (gesetzt seyn)

S. Du erinnerst recht: Aber die Zeit ermahnet uns / daß wir ein End an diesem Gespräch machen sollen:

Dann vielleicht deinetwegen das Nacht-Essen daheim aufbehalten wird.

So wollen wir dann mehr / wills GOtt / bey nechster Gelegenheit (Zusammenkunfft) mit einander reden.

R. Precor tibi noctem prosperam.

S. Et ego tibi placidam quietem.

Coll. XVI.

Rusticatio.

Urbanus.

U. Cur hodie manè abfuisti?

C. Occupatus eram.

U. In quo negotio?

C. In scribendis ad matrem literis.

U. Quid opus erat illi scribere?

C. Quia ad me scripserat.

U. Ergò rescripsisti?

C. Propriè loqueris.

U. Unde tibi miserat literas?

C. Rure, nempe ex villa nostra.

U. Quando rus profecta est?

C. Superioribus diebus.

U. Quid

R. Ich wünsche dir eine glückselige Nacht.

S. Und ich dir eine sanffte Ruhe.

Coll. XVI.

Bauren-(Feld-)Geschäfft.

Conradus.

U. Warum bist du heut frühe nicht da gewesen?

C. Ich hatte zu thun.

U. In (mit) was Geschäfft?

C. In (mit) Schreibung eines Briefs an die Mutter.

U. Was war vonnöthen ihr zu schreiben?

C. Weil sie an mich geschrieben hatte.

U. So hast du dann wieder geschrieben? (geantwortet?)

C. Du redest eigentlich (recht gut) Lateinisch.

U. Von wannen hatte sie dir den Brief geschickt?

C. Von Land/ (Feld/) nemlich von unserm Meyerhof.

U. Wann ist sie auf das Land gezogen?

C. Voriger Tagen.

U. Was

U. Quid agit ruri?

C. Curat nostra negotia rustica.

U. Quid potissimúm?

C. Præparat ea, quæ sunt opus ad proximam vindemiam.

U. Prudenter agit.

C. Unde istud probares?

U. Nam omnibus in rebus adhibenda est præparatio diligens.

C. Quis te istud docuit?

U. Quidam Pædagogus dictavit ex Cicerone.

C. Quâ occasione?

U. Cùm me admoneret, ut me diligenter pararem ad ea, quæ postero die reddenda erant.

C. Profectò rectè monebat.

U. Sed ut ad propositum revertamur:

Annon habetis villicum, qui curet ruri vestra negotia?

C. Imò

U. Was thut sie auf dem Land?

C. Sie wartet unserer Bauren-Geschäffte.

U. Was vornemlich?

C. Sie rüstet dasjenige zu / was auf den nächsten Herbst nöthig ist.

U. Sie handelt klüglich.

C. Woher würdest du solches erweisen?

U. Dann in allen Dingen soll man eine fleissige Vorbereitung vornehmen.

C. Wer hat dich das gelehrt?

U. Ein Kinderlehrer hats dictirt aus dem Cicerone.

C. Durch was Gelegenheit?

U. Da er mich erinnerte / daß ich mich fleissig vorbereiten solle auf dasjenige / was man folgenden Tag recitiren (auffsagen) sollte.

C. Er erinnerte fürwar recht.

U. Aber damit wir wieder auf unser Vorhaben kõmen: Habt ihr dann keinen Hof-Bauren (Meyer/) der eurer Geschäfften auf dem Land warte?

 C. Ja

C. Imò & villicam habemus, & famulos & ancillas.

U. Quid igitur opus est illic tuæ matris operâ.

C. Quia meliùs novit providere rebus omnibus, quàm isti imperiti ruricolæ.

U. Nihilne ampliùs?

C. Sine me finire propositum.

U. Putabam te absolvisse: Perge.

C. Etiam præcipua cura Domini requiritur in re familiari administranda,

ut ex patre sæpè audivi.

U. Ergo pater tuus nunc deberet potiùs in villa esse.

C. Non potest.

U. Quid prohibet?

C. Quia totus est in arte sua occupatus.

U. Majorem (ut opinor) ex ea re fructum percipit.

B. Quis dubitet?

U. In-

C. Ja wir haben auch eine Hof-Bäuerin/ (Meyerin/) und Knecht und Mägd.

U. Was hatte man deiner Mutter dort vonnöthen?

C. Dieweil sie besser weiß/ allen Sachen vorzustehen/ als solche ungeschickte Bauers-Leut.

U. Nichts mehr?

C. Laß mich mein Vorhaben endigen.

U. Ich meinte/ du habests geendiget: Fahr fort.

C. Es wird auch vornemlich des Haus-Herrn Sorge erfordert in Verwaltung eines Hauswesens/

wie ich vom Vatter offt gehört habe.

U. So sollte dein Vatter jetzt vielmehr auf dem Hof seyn.

C. Er kan nicht.

U. Was hinderts?

C. Weil er sich einig und allein des Handwercks annimmt

U. Dasselbe (wie ich dafür halte) trägt ihm mehr ein.

C. Wer wolte daran zweifeln?

U. Das-

U. Inde igitur fit, ut relinquat uxori omnem curam rei domesticæ.

C. Omninò sic est.

U. Sed mater quando est reversura?

C. Vix ante perfectam vindemiam.

U. Quid tu, annon ibis vindemiatum?

C. A matre (ut spero) brevi accersar.

Sed quæso te, quid cogitamus? jam omnes in auditorium currunt.

U. Benè res habet: curramus & nos, ne postremi simus.

U. Daher kom̃t es dann / daß er dem Weibe alle Sorge deß Hauswesens überlässet.

C. Ja freylich ist es also.

U. Aber wann wird die Mutter wiederkommen?

C. Kaum vor verbrachtem (vollendetem) Herbst.

U. Was machst du / wirst du nicht auch in Herbst gehen?

C. Ich werde (wie ich hoffe) von meiner Mutter bald beruffen (abgeholt) werden.

Aber Lieber / (ich bitte dich) was dencken wir? Sie lauffen schon alle in die Schul.

U. Es ist gut: Lasst uns auch lauffen / damit wir nicht die Letzte seyen.

Coll. XVII.

Studium à Cœna.

Das Studiren nach dem Nacht-Essen.

Daniel.

D. Quò properas?

E. Eo cœnatum.

Quid tu?

D. Jam cœnavi.

Erasmus.

D. Wo eilest du hin?

E. Ich gehe zum Nacht-Essen.

Was dann du?

C. Ich hab schon zu Nacht gegessen.

E. Quotâ horâ?

D Quintâ, ut ferè solemus.

E. Quid nunc ages?

D. Repetam aliquid eorum, quæ reddere habemus crastino die.

E. Ego didici ex Pædagogo meo, non esse tam citò à cibo studendum.

D. Istud ego quoque didici; Sed nolo nunc discere.

E. Quid ergò facies?

D. Ego quasi animi causâ prælectionem aliquoties particulatim legam & relegam.

E. Quid tum?

D Ita paulatim fiet, ut sine cura, sine tædio, sine molestia bonam partem prælectionis ediscam.

E. Ista non satis intelligo.

Et certè videris mihi ultra ætatem sapere.

D. Non

E. Um welche Stund:

D. Um fünff Uhr / wie wir insgemein pflegen.

E. Was wilt du jetzt thun?

D. Ich will etwas von dem jenigen repetiren / was wir auf den morgenden Tag zu recitiren haben.

E. Ich habe von meinem Lehrmeister gelernet / man soll nicht so bald nach dem Essen studiren.

D. Das habe ich auch gelernet: Aber ich mag (will) jetzt nicht auswendig lernen.

E. Was wilst du denn thun?

D. Ich will gleichsam für eine Lust die vorgegebene Lection etlichmal Stückweiß lesen / und wieder überlesen.

E. Was ists darnach?

D. Also wird es allmählich geschehen / daß ich ohne Sorg / ohne Verdruß / ohne Beschwernüs / einen guten Theil der vorgegebenen Lection außwendig lerne.

E. Dieses verstehe ich nicht gnugsam.

Und es bedunckt mich gewißlich / du seyest zu frühzeitig klug.

D. Es

D. Non est res adeò difficilis:

Quoniam te docere possem, nisi ad cœnam properares.

E. De cœna in tempore ad mones:

Ego igitur ejus causâ me domum recipio.

Vale.

D. Ducat te Deus & reducat.

Coll. XVIII.

Observatoris Officium.

Observator.

Obs. Atat: Ecce, nunc capti estis: non fatemini?

Pu. Certè fatemur ingenuè:

Sed non dicebamus mala verba.

Quæso te, mi Nicolae, ne velis notare nos.

Obs. Quid garriebatis?

Audivi, nescio quid, de jentaculo.

Pu. Illud est: loquebamur de jentaculo matutino.

Quia famulus non de-

D. Es ist nicht so gar [illegible] were Sach:

Weil ich dichs lehren könte / wo du nicht zu dem Nacht-Essen eiltest.

E. Du mahnest mich eben recht an das Nacht-Essen:

Deßhalben nun begib ich mich nach Haus.

Leb (gehab dich) wol.

D. Gott führe (begleite) dich hin und her.

Coll. XVIII.

Des Auffsehers Amts-Gebühr

Puerigarrientes.

Obs. Ey so: Sihe / jetzt seyd ihr gefangen: bekennet ihrs nicht?

Pu. Wir bekennens gewißlich frey?

Wir redeten aber nichts Böses (keine böse Wort.)

Ich bitte dich / lieber Nicolae / du wollest uns nicht notiren.

Obs. Was schwätzet ihr?

Ich habe / weiß nicht was / gehört vom Frühstück.

Pu. Das ists: wir redeten von den Frühstück.

Dieweil es uns der Fa-

derat nobis in tempore.

Obs. Puto id fuisse:

Nec certè est valdè magnum malum; nisi quòd sunt otiosa verba.

Pu. Sed Latinè loquebamur.

Obs. Audivi, sed non erat fabulandi tempus.

Nam ut scitis, hoc pusillum temporis à merenda debet vobis esse valdè pretiosum;

quum sit dicatum studio:

Scilicet, ut se diligenter quisque præparet,

ad reddenda Magistris ea, quæ præscripserunt.

Nonne verum dico?

Pu. Certè verum dicis, sed ignosce precor, suavissime Nicolae.

Posthac erimus prudentiores, & officium nostrũ diligenter faciemus.

Obs. Si sic feceritis, Præceptor vos amabit ma-

mulus nicht zur rechten Zeit gegeben hatte.

Obs. Ich meine/das sey es gewesen:

Ist auch gewißlich kein so groß Unrecht? als daß es leere (vergebliche) Wort seyn.

Pu. Wir redeten aber Lateinisch.

Obs. Ich habs gehört/aber es war keine Zeit zu schwätzen.

Dann wie ihr wisset/soll diese wenige Zeit nach dem Abend-Brod (Abendzehren) euch gar köstlich seyn;

weil sie zum Studiren (Lernen) bestimmet ist:

Nemlich daß sich ein jedweder fleissig soll vorbereiten/

dasjenige den Lehrmeistern herzusagen/was sie vorgegeben haben.

Sag ich nit die Warheit?

Pu. Gewißlich du sagest wahr/aber ich bitte/verzeihe uns/allerfreundlichster Nicolae.

Hinfort wollen wir vorsichtiger seyn/und unser Amt fleissig in acht nehmen.

Obs. Wann ihr das thun werdet/so wird euch der Herr

Præ-

magis, quàm oculos suos.

Nonne videtis, quemadmodum diligat bonos & studiosos pueros?

Nec amat solùm, sed etiam laudat & præmiolis afficit.

Pu. Ista scimus, & quotidie experimur.

Obs. Ergo mementote & promissa facite.

Pu. Tacebis igitur hanc culpam?

Obs. Tacebo, sed eâ lege, ut cavetis recidere.

Pu. Cavebimus DEO favente.

Präceptor mehr als seine Augen lieben.

Sehet ihr nicht / wie er fromme und fleissige Knaben so lieb hat?

Und er liebt sie nicht nur / sondern er lobt sie auch / und begabt sie mit Geschencklein.

Pu. Dasselbe wissen wir / und erfahrens täglich.

Obs. So seyd nun dessen fein ingedenck / und kommet eurem Versprechen nach.

Pu. So wirst du ja diß Verbrechen verschweigen?

Obs. Ich wills nicht gedencken / aber mit dem Beding / daß ihr euch hütet / daß ihr nicht so wiederkommet.

Pu. Wir wollen uns hüten mit GOttes Hülff.

Coll. XIX.
Gratuitum Officium.

Ulricus.

Ul. Rogo te Andrea, compinge mihi hanc chartam.

A. Quid me rogas? Non est ars mea.

U. At-

Coll. XIX.
Eine Dienstleistung / darvor man nichts begehrt.

Andreas.

Ul. Ich bitte dich Andreas / binde mir dieses Papier ein.

A. Was bittest du mich? Es ist nicht meines Handwercks.

U. We-

U. Atqui aliis compingere non recusas.

A. Quot habes schedas?

U. Octo, sed jam sunt complicatæ; tantùm restat inſuere membranæ.

A. Quid dabis, si tibi compegero?

U. Nihil habeo, quod possum dare, nam pecunia nulla mihi est.

A. Ergò quære tibi alium opificem: Non enim gratis faciam.

U. Mi Andrea, tu es tam bonus: num denegabis mihi rem tantillam?

A. Scin' tu, quid habet Proverbium?

U. Quod Proverbium dicis?

A. Manus manum fricat.

U. Quid hoc sibi vult?

A. Da aliquid, si velis accipere.

U. Si

U. Wegerst du dich doch nicht andern zu binden.

A. Wie viel hast du Bogen?

U. Achte / sie seynd aber schon zusammen gelegt; ist nur übrig / daß man sie ins Pergament einnehe (einheffte.)

A. Was willt du mir geben / wann ich dirs werde eingebunden haben?

U. Ich hab nichts / das ich dir geben kan / dann ich habe kein Geld.

A. So suche dir dann einen andern Meister: Dann ich werde es nicht umsonst thun.

U. Mein lieber Andreas / du bist so gut: wilt du mir ein so geringe Sach versagen?

A. Weist du / was das Sprichwort in sich hält?

U. Von was für einem Sprichwort sagst du?

A. Eine Wolthat vergilt die andern.

U. Wie ist das zu verstehen?

A. Gib etwas / wann du einnehmen willt.

U. Wann

U. Si quid haberem, certè darem libenter.

A. Cedò merendam tuam.

U. Metendam? Ah me miserum, quid ederem?

Mallem dare pileum, si auderem.

A. Merenda tua parva res est.

U. Sed vehementer esurio.

A. Quid causæ est?

U. Quia nihil prandi, nisi frustum panis, & tres aut quatuor juglandes.

A. Eho, quid causæ fuit?

U. Quia mater domo aberat,

A. Quis ergò tibi dedit merendam?

U. Ipsa.

A. Atqui dicebas, eam abfuisse.

U. Verum est, aberat enim tempore prandii, nec rediit nisi paulò ante merendam.

A. Nihilne edisti domi an-

U. Wann ich etwas hätte/ ich gebe es gewißlich gern.

A. Gib dein Abend-Brod.

U. Das Abend-Brod? Ach ich armer Tropff was solte ich essen?

Ich wollte lieber meine Hut geben/ wann ich so keck wäre.

A. Dein Abend-Brod ist eine geringe Sach.

U. Aber es hungert mich sehr.

A. Was ist die Ursach?

U. Weil ich nichts zu Mittag gessen habe/ als ein Stuck Brod / und drey oder vier welsche Nüß.

A. Was sagst du/ was ist die Ursach gewesen?

U. Weil meine Mutter nicht daheim war.

A. Wer hat dir dann dein Abend-Brod gegeben?

U. Sie selbst.

A. Sagest du doch/ sie sey nicht daheim gewesen.

U. Es ist wahr / sie war nicht daheim zur Mittagessens-Zeit/ ist auch nicht wiederkommen/ biß kurtz vor dem Abend-Brod.

A. Hast du nicht zuvor da-

heim

antè, quàm in ludum venires?

U. Nihil.

A. Cur nihil?

U. Quia timebam non adesse in tempore.

A. Tintinnabuli sonitus te satis admonere debet.

U. Sed rarò audimus è nostris ædibus.

A. Quid ita?

U Quia longè nimis ab hac Schola distant.

A. Suntne vera ista omnia, quæ mihi narras?

U. Vera profectò, Andrea.

A. Age, da mihi tuam chartam, ego tibi compingam elegantem libellum:

Tu interim ede merendam tuam.

U. Ego petam à matre nummum, quem dabo tibi.

A. Cave petas, nihil volo:

Quin potiùs darem tibi, si egeres.

U. Ago tibi gratias.

A. Non-

heim gegessen / ehe du in die Schul kamest?

U. Nichts.

A. Warum nichts?

U. Weil ich beförchtete / ich möchte nicht bey Zeiten da seyn.

A. Des Glöckleins Klang soll dich genugsam erinnern.

U. Wir hörens aber selten in unserm Haus.

A. Wie so?

U. Dieweil es zu weit von der Schul stehet.

A. Ist das alles wahr / was du mir erzehlest?

U. Es ist fürwar wahr / Andreas.

A. Wolan / gib mir dein Papier her / ich will dir ein schönes Büchlein binden:

Iß du unterdessen dein Abend-Brod.

U. Ich will von der Mutter einen Pfenning fordern / den will ich dir geben.

A. Bey leib forder nichts / ich begehre nichts:

Ich wolte vielmehr dir geben / so du es bedörfftest.

U. Ich sage dir Danck.

A. Nein

A. Nonne putabas, me ferió petere abs te merendam?

U. Profectò sic putabam.

A. Atqui dicebam joco.

U. Quamobrem.

A. Ut paulisper audirem te Latinè fabulari:

Nam quod benè discas, gaudeo.

Quanti emisti chartam hanc?

U. Dedi pro codice assem cum semisse.

A. Non emisti malè, est enim bona; sed non rectè complicasti.

Ubi habes membranam?

U. Ecce tibi.

A. Benè res habet. Ego citiùs confecero, quàm tu merendam perederis.

U. Habeo magnam gratiam, Andrea.

A. Honestè loqueris:

Sed memento, fili, ut semper vivas in timore Domini:

Dili-

A. Meintest du nicht / ich begehrte das Abend-Brod ernstl ch von dir?

U. Fürwahr ich meinte also.

A. Aber ich redte im Schertz.

U. Weßwegen?

A. Daß ich dich ein wenig Lateinisch reden hören möchte:

Dann es freuet mich / daß du wol lernest.

Wie theur hast du diß Papier gekaufft?

U. Ich hab vor das Buch anderthalb Straßburger Schilling gegeben.

A. Du hast nicht übel gekaufft / dann es ist gut? du hast es aber nicht recht zusammen gelegt.

Wo hast du das Pergament?

U. Sihe / da hast du es.

A. Es ist gut. Ich wills eher gemacht haben / als du das Abend-Brod wirst gegessen haben.

U. Habe grossen Danck / Andreas.

A. Du redest ehrlich.

Aber gedencke / Sohn / daß du allezeit in der Forcht des HErrn lebest:

Der

Diligenter obedies matri: sis frequens in Schola:

Diligens in studio: neverseris cum pravis ac dissolutis.

Deniq; quibus poteris, benefacito, quomodo vides me feciſſe tibi.

Intellextin?

U. Optimè.

A. Fac igitur, ut sæpè recorderis.

U. Faciam, Deo volente.

A. Ede nunc otiosè.

Coll. XX.
Divinæ Bonitatis deprædicatio.

David.

D. Quid tibi dedit mater in merendam?

M. Vide.

D. Caro est: Sed quænam?

M. Bubula.

D. Utrum recens, an salita (salsa?)

M. Est bubula salita.

D. U-

Der Mutter fleissig gehorchest: emsig in die Schul gehest:

Fleissig im Lernen seyest: und keine Gemeinschafft habest mit bösen und heyllosen Buben.

Endlich solt du jederman / denen du wirst können / Gutes thun / wie du siehest / daß ich dir gethan hab.

Hast du es verstanden?

U. Gar wol.

A. Sehe dann zu / daß du offt daran gedenckest.

U. Ich werds thun / wills GOtt.

A. Iß jetzt mit Ruhe.

Coll. XX.
Preisung der Göttlichen Güte.

Martinus.

D. Was hat dir die Mutter zum Abend / Zehren gegeben?

M. Sihe es.

D. Es ist Fleisch: Aber was für (sc. Fleisch?)

M. Rindfleisch.

D. Ist es frisch oder ein gesaltzenes?

M. Es ist gesaltzen Rindfleisch.

D. Fer-

D. Utrùm pinguis, an macra?

M. Eho inepte, annon vides macram esse?

D. Annon malles vitulinam aut vervecinam?

M. Utraque bona est sed in omni genere sapit mihi hœdina, præsertim assa.

D. Hem delicatule jamne palatum tam doctum habes?

M. Dico, ut sentio, non enim est mentiendum.

D. Absintà nobis mendacia:

Sumus enim filii Dei & Christi fratres, qui est ipsa veritas.

M, Sed ad rem. Suillâ quoque libenter vescor,

modico sale aspersâ & benè coctâ.

D. Omirificam Dei gratiam!

Qui dat nobis tot & tam bona obsoniorum genera.

M. Quot

D. Fettes oder mageres?

M. Sihe/ dst Dölpel/ siehest du nicht/ daß es mager ist?

D. Möchtest du nicht lieber Kalb- oder Schöps- (Hammel-) Fleisch?

M. Es ist beedes gut/ aber vor allen schmeckt mir das Zickeleins-Fleisch/ sonderlich gebraten.

D. Sihe da/ Zärtling/ weissest du schon so wol was wol schmeckt?

M. Ich sags/ wie ich es befinde/ dann man soll nicht lügen.

D. Die lügen seyen fern von uns:

Dann wir seynd Kinder GOttes/ und Brüder Christi/ welcher die Warheit selbst ist.

M. Aber wieder zu dem Vorhaben. Ich eß auch gern Schweinen-Fleisch/

so es mit wenig Saltz besprengt/ und wol gekocht ist.

D. O der wunderthätigen Güte (Gnade) GOttes!

Der uns so viel und gute Arten der Speisen mittheilet

M. Quot putas esse in hac urbe pauperes.

qui solo pane hordeaceo victitant, neque tamen ad saturitatem?

D. Non dubito multos esse, in tanta præsertim annonæ caritate.

M. Quantas itaque nos in tanta bonarum rerum copia Deo gratias agere debemus?

D. Ejus igitur beneficia ubiq; prædicemus magnificè:

Atque interim precemur, ut pauperum suorum misereatur inopiæ.

M. Utinam ipse corda nostra suo Spiritu ad eam rem penitùs afficiat.

D. Ita precor.

Coll. XXI.

Paterna Cura & Inspectio.

Philippus.

Ph. Quando rediisti domo?

M. Nunc primùm redeo.

P. Ubi est frater?

M. Man-

M. Wieviel meinest du / daß arme Leut in dieser Stadt seyen /

welche allein vom Gersten-Brod leben / und doch nicht zur Genüge?

D. Ich zweifle nicht / daß ihrer nicht viel seyn / bevorab in so grosser Theurung.

M. Wie grossen Danck seyn wir derowegen in so grosser Menge guter Sachen Gott schuldig?

Lasset uns derohalben seine Wolthaten allenthalben herzlich preisen:

Und unterdessen bitten / daß Er sich über die Dürfftigkeit seiner Armen erbarme.

M. Wollte GOtt / daß Er unsere Hertzen mit seinem Geist darzu innerlich bewegte.

D. Also wünsche ich.

Coll. XXI.

Vätterliche Sorg und Aufsicht.

Melchior.

Ph. Wann bist du von Haus (Heimen her) wieder kommen?

M. Jetzt komme ich erst wieder.

P. Wo ist der Bruder?

M. Er

M. Manſit domi.
P. Cur manſit?

M, Ut pranderet cum matre.
P. Tu verò, cur etiam non manſiſti?
M. Jam pranderam cum patre.

P. Quis vobis miniſtrabat?
M. Ancilla.
P. Mater ubi erat?
M. Etiam domi, ſed occupata.
P. Qua in re?

M. In recipiendo tritico, quod advectum fuerat.
P. Quando redibis domum?
P. Cùm accerſar à patre.
P. Quo die iſtud erit?

M. Fortaſſe hinc ad quatuor dies.
P. Cur vos tam ſæpè commeatis?
M. Sic volunt Parentes.

P. Quid

M. Er iſt daheim geblieben
P. Warum iſt er (ſc. daheim) geblieben?
M. Daß er mit der Mutter zu Mittag eſſen möchte.
P. Du aber/warum biſt du nicht auch geblieben?
M. Ich hatte ſchon mit dem Vatter zu Mittag gegeſſen.
P. Wer wartete euch auf?

N. Die Magd.
P. Wo war die Mutter?
M. Sie war auch daheim/ aber ſie hatte zu thun.
P. In was Sach? (Wormit?)
M. Mit Einnehmung des Weitzens den man uns gebracht.
P. Wann wirſt du wieder heimgehen?
M. Wann ich vom Vatter werde beruffen werden.
P. An welchem Tag wird das geſchehen?
M. Villeicht über vier Tag.
P. Warum ziehet ihr ſo offt hin und her?
M. Alſo wollens die Eltern haben.

E. Es ist wahr / aber das thut er allzeit.

T. Sihe wie hat der Mahler die purpurfarbe (braunrote) Viol so eigentlich abgemahlet:

du schwurest/ es wär eine natürliche.

Und die weise gefüllte Rose:

Deßgleichen die rote und leibfarbe; wie auch die Hecken- oder wilde Rose:

Auf die er ein Pfeiffholter (Nolckensteler) gesetzt hat/

auf andere Mucken / Hornissen und Wespen mit einer artigen Nachfolg.

Diese Lilien ist auch sehr

schön

gantissimè depictum est cum scapo suo & bulbo.

In iride hac planè superavit naturam artificis industria.

Lilio indidit cantharidem;

quod genus insecti amat insidere liliis,

F. Quid, hoc lilium convallium? nonne egregiè expressum est?

T. Utinam & odorem addere potuisset, velut colorem!

E. En, urtîca hæc impúnè attrectatur.

T. Etiam cardui.

E. Absinthium etiam hoc non offendit nares.

T. Deum immortalem quæ gratia colorum!

Color albus, càndidus, flavus, fulvus, rutilus,

ruber, purpureus helvus, luteus, fuscus,

puniceus, cæruleus, viridis, niger, ater;

& horum omnium mixturæ variæ.

Video illic & depictum ne-

schön abgemahlt mit ihrem Stengel und Wurtzel.

An dieser blauen Lilien hat des Meisters Fleiß die Natur gantz übertroffen.

Auf die Lilien hat er ein Goldkefer gesetzt;

welche Art Ungeziefers gern auf den Lilien sitzt.

E. Was / dieses Mäyenblümlein? ist es nicht wol getroffen?

T. Wolte GOtt / daß er auch den Geruch hätte darzu geben (thun) können / wie die Farb!

E. Sihe da / diese Nessel greifft man ohne Gefahr an.

T. Auch die Disteln.

E. Dieser Wermuth reucht auch nicht übel.

T. Behüt ewiger GOtt! was ist das vor ein Anmutigkeit der Farben?

Weisse Farb / schneeweisse / gelb / goldgelb / rothlecht /

roth / braunroth / schiler / dottergelb / braun /

kestenbraun / blau / grün / schwartz / kohlschwartz;

und dieser aller so wunderbare Vermengung.

Ich sehe / daß dort auch

ein

nemus, ac ſilvam & ſaltum,

E. Hoc nemus, quod videtis, éxhibet varium ſpectaculum,

Primum, quot! videtis árbores, tot videtis arborum genera,

ſingulis ad natîvam imaginem non peſſimè expreſſis.

Dehinc quot cernitis aves, tot videtis avium ſpecies.

Infernè ſunt quadrúpedum ſpecies.

& earum avium, quæ vivunt humi, more quadrúpedum.

T. Mira varietas! Contemplemur ſingula propiùs.

Nam mihi quidem non ſufficit, per tranſennam (quod dicitur) aſpexiſſe.

Arbores noſtrâtes priore loco poſuit: quercum primam omnium.

Subdidit quercui ſuem, glandibus amicam.

In

ein Luſt-Wald / Wald und ein Forſt abgemahlet ſind.

E. Dieſer Luſt-Wald / den ihr ſehet / gibt mancherley zu ſehen.

Erſtlich / ſo viel Bäume ihr ſehet / ſo viel Art von Bäumen ſehet ihr /

da ein jeder nach ſeiner natürlichen Abbildung nicht übel getroffen iſt.

Darnach ſo viel ihr Vögel ſehet / ſo viel Arten der Vögel ſeher ihr.

Unten ſeynd die Gattungen der vierfüſſigen Thier /

und deren Vögel / die auf Erden wohnen / wie die vierfüſſige Thier.

T. Eine wunderbare Veränderung! Laſſts uns alles näher beſchauen.

Dann ich habe kein Genügen dran / wann ich ſie nur obenhin (wie man ſagt) gleichſam als durch ein Gegitter anſehe.

Unſerer Art Bäume hat er vornenher geſetzt: den Eichbaum zu allererſt.

Unter den Eichenbaum hat er das Schwein gemahlt / ſo die Eichen gern iſſt.

Dar-

Inde fagum & caſtaneam,

cujus fructus anſéribus aſſandis inditus vulgò in deliciis eſt.

Darnach einen Buchbaum und Keſtenbaum/

deſſen Frucht (die Keſten) ſo mans in die Gäns ſtecket/ die man braten will / insgemein für ein gut Eſſen gehalten wird.

Córticem aſperum & ſcabrum in hac piro pulchrè effinxit.

Die rauhe und harte Rind (Schelffen) an dieſem Birenbaum hat er hübſch getroffen.

Et viſcum eidem adnaſci ſolitum, quo capiuntur aves.

Und den Miſtel/ der daran zu wachſen pflegt/ damit man Vögel fängt.

Stirps juniperi hujus videtur æquo craſſior.

Der Stamm dieſes Wacholderbaums duncket einen etwas dick zu ſeyn.

E. Sunt nonnnuquam tales, licèt rarò,

E. Es ſeynd bisweilen etliche alſo/ wiewol ſelten.

T. Hæc malus, céraſus, prunus, malus cotonea;

T. Dieſer Apffelbaum/ Kirſchen- Pflaumen- Quitten-Baum;

Perſica, morus, ſambúcus & olîva egregiè expreſſæ ſunt.

Pferſichbaum/ Maulbeer-Holder, und Oelbaum ſeynd artig getroffen.

E. Et baccæ iſtæ purpureæ in ſambuco naturam ad vivum æmulantur.

E. Und die purpurrothe Beerlein an dem Holderbaum ſehen gar eigendlich/ wie recht natürlich.

T. Quid ſalix iſta? Equa ruſticus vimina decſdit magno conatu librans ictum.

T. Wie der Weidenbaum? davon ein Baur Weiden abhauet/ und mit allem Gewalt den Streich faſſt.

E. Ma-

E. Ein

E. Magno, sed irrito, nunquam enim resecabit.

T. Euge medicîna puerorum lascivientium, betula:

En arbutus cum fructu suo arbuto pulchrè rubenti:

Inde alnus & ulmus, & ornus;

Et populus, & abies & buxus semper virens:

Et acer & tilia & juglans & córylus infesta serpentibus,

virgis enim ex hac arbore icti torpescunt,

E. Cæteras arbores peregrînas, ut palmam victrîcem, & laurum & plátanum, & reliquas non libet persequi.

T. Nec tempus suppetit.

Iam dudum enim inclamat famula, prandium esse paratum. E. Ego

E. Einen grossen zwar/aber vergeblichen/ dann er wird sie nimmermehr abhauen.

T. Sihe da die Artzney der muthwilligen Knaben / die Bircken:

Sihe da ein Hagendorn mit seiner Frucht/den Hagenbutten:

Darnach einen Erlbaum / ein Ulmenbaum und Hagenbuch;

ein Pappeln- ein Tannen- und Buchsbaum/ der allweg grünet.

Und der Maßholderbaum ein Linden- und ein Welschnußbaum/ und ein Haselstaud der den Schlangen zuwider ist.

dann; wann sie mit einer Gerten von diesem Baum geschlagen werden / vermatten sie.

E. Die andere fremde Bäume / als den sieghafften Palmenbaum / Lorberbaum und Ahorn / und die übrige mag ich nicht besehen.

T. Die Zeit leides auch nicht.

Dañ die Magd ruffe schon lang/das Mittagessen sey fertig. E. Ich

E. Ego verò me hinc avelli non patior,

donec cæteras perlustraverim avium & quadurpedum picturas.

Hîc uno intuitu cónspicor omne avium genus.

E. Ich laß mich aber nicht hie wegbringen /

Ich hab dann die andern Gemählde der Vögel und vierfüssigen Thieren besehen.

Allhie sehe ich in einen Anblick alles Geschlecht der Vögel /

miro artificio in unicam tabellam conclusum.

so durch ein wunderliches Kunststück auf eine Taffel ist gebracht worden.

Primùm aquilam cum hoste suo scarabæo & regulo,

dehinc, passerem, birùndinem, mérulam, turdum;

Erstlich den Adler mit seynem Feind / dem Baumschröter und Königlin /

darnach den Spatzen / die Schwalben / die Amsel / den Krammetsvogel;

Parum, fringillam, carduélem;

Die Meiß / den Fincken / den Distelfincken;

Linariam, lusciniam, cuculum, picum,

Den Hänffling / die Nachtigal / den guckuck / den Specht;

Ficam, corvum, cornicem, ligurînum,

Die Atzel / (Hetzen) den Raben / die Kräe / das Zeißlein /

vespertilionem, gruem, ciconiam;

die Fledermaus / den Kranich / den Storch;

Monédulam, úpupam, noctuam columbam;

Die Dohle / den Widhopff / die Nacht-Eul / die Taub;

Sturnum, túrturem, palumbem, corturnícem;

Den Staar / die Turteltaub / die Holtz-Taub / die Wachtel;

Cas-

Die

Cassîtam, perdícem, ardeam, anserem;

anatem, motacillam, querquedulam;

Gallum, gallinam cum pullis, capum, pavónem.

Item rapaces: aquilam, accipitrem, milvum,

vulturem, falcónem & alias.

Inferiùs mihi occurrunt feróces bestiæ:

Benè habet, quòd non vivæ, alioquin malè me accepturæ.

Illic faucibus hiantibus insurgit Leo;

Istic rictu diducto anhélat lupus;

Hinc ursus, pardus, aper.

Illic sedet ridicula simia; isthic delitescit lepus!

Ibi gallinis insidiatur vulpes; ibi sciúrus rodit nucem.

Ibi mus petit cavernam;

Die Lerch / Rebhun / den Reicher / die Gans;

Die Endten / die Bachstelk das Kriech Endtlein;

den Han / die Henne mit den Jungen / den Capaun / den Pfauen.

Deßgleichen die Raubvögel: den Adler / Habicht / Weyher /

den Geyer / Falcken und andere.

Besser unten kommen mir die grimmigen wilden Thiere vor:

Es ist gut / daß sie nicht lebendig seynd / sonst würden sie mich übel empfangen.

Dort steht auf ein Löw mit aufgesperrtem Rachen;

An jenem Ort schnaubet ein Wolff mit bleckenden Zähnen;

Hier auf dieser Seiten ein Bär / Leopard / wild Schwein.

Dort sitzt ein possirlicher Aff; dort steckt ein Haas verborgen;

Da schleicht der Fuchs den Hünern nach; da kifft ein Eichhorn an einer Nuß.

Dort will eine Maus ins Loch;

nam; illic capra & hircus & hœdus carpunt salicem.

Isthic cervus attracto naribus serpente fugit ad aquas,

Illic caprea incidit in casses;

Illic mactatur porcus, illc tondetur ovis;

Hîc fustigatur asinus ad molam actus & rudenti similis,

immáne quantum os distendit!

Videor penè audire in cónditum clamorem, ita affabrè pinxit ártifex,

Hic equus éxcutit sessorem;

Ille caballus ferociens hinnit, allátrat canis.

Ecce autem feles sibilis cónspuit alterum ilum canem;

Et aduncos ungues naribus illius impactos illidit,

Illic bos arat, taurus & vac-

Hoch/da kneppeln die Geiß/ der Bock und das Ziegen-Böcklein die Weiden ab.

Dort laufft ein Hirsch/der mit seiner Nasen ein Schlangen an sich gezogen hat/ zu dem Wasser.

Dort fällt ein Rehe ins Garn;

Dort wältzet man ein Schwein/ da schiert man ein Schaaf;

Da prügelt man einen Esel der in die Mühl getrieben wird/und siehet aus/ als wann er schrye/

wie thut er nur sein Maul so über die massen weit auf!

Mich dünckt schier/ich höre sein unangenehmes Geschrey/so artig hats der Künstler gemahlet.

Dieses Pferd wirfft den Reuter ab;

Jener Hengst riehelt muthig/ der Hund bellet sie an.

Die Katz pfuchtzet den andern Hund an;

Und kratzt ihn mit den krummen Klauen/ die sie ihm in die Nasen gehauen hat.

Dort pflüget ein Rind/der

vacca paſcuntur cum vitulis-

Aries & vervex paſcuntur ſeorſim cum agnis;

Ibi ſunt greges & armenta magni pretii, ſi viverent.

Tum belluæ iſtæ immanes; elephantus & camélus terrorem incutiunt vel ſolo aſpectu.

Nec minùs pnſillus iſte ſcorpio.

Iſta aranea in aëre pendula telam texit, ſed nunquam pertexet.

Formica iſthæc mordicùs arreptum ingens granum ad antrũ protrúdit:

At cicâda hiemis ſecúra interea ſáltitat.

Nondumne cepit te ſpectandi ſatietas?

T, Méne? Spectaculum hoc eſt mihi quovis prandio gratius.

Quæ-

Ochs (Farr) und die Kuhe gehen mit den Kälbern auf die Weide.

Der Widder (Herman) und der Hammel gehen abſonderlich mit den Lämmern auf der Weide;

Da ſind Heerde groſſen und kleinen Viehs / die ein Groſſes werth wären / wann ſie lebeten.

Uber das die erſchröckliche groſſe Thier; der Elephant und das Camel jagen einem einen Schrecken ein / wann man ſie anſihet.

Nicht weniger auch der kleine Scorpion.

Die Spinne / die in der Lufft hanget / macht ein Geweb / ſie wirds aber wol nimmer ausmachen.

Dieſe Ameis / ſo mit dem Maul ein groß Korn erwiſcht / zeuchts in die Höle:

Aber die Heuſchreck / die auf den Winter keine Sorge hat / ſpringt unterdeſſen.

Biſt du des Sehens noch nicht müd (überdrüſſig?)

T. Ich? dieſes Schauen iſt mir lieber / als immer ein Mittag-Eſſen.

Ich

Quæso, ne meâ causâ vobismet sitis in mora. Restant pisces mihi contemplandi. Vos itote.

E. Non erit gravis hæc morula.

Et ignitábulo medebimur cibis, si fortè refrixerint.

T. Ecce foracem lucium, captantem minutos pisciculos.

Et percam aculeatam, carpionem;

Cancrum retrógradum cum suis chelis:

Truttam auratam, cui nonnulli primas inter pisces tribuunt:

Alburnum, vilissimum penè omnium;

Fúndulum item, gobium & grandem istum mullum, quem barbum quidam appellant.

E. Quænam præcipuæ deliciæ in piscibus?

T. In lucio & mustéla je-

Ich bitte / haltet euch meinetwegen nicht auf.

Die Fische stehen mir noch übrig zu besehen. Ihr möget hingehen.

E. Dieser geringe Verzug wird uns nicht beschwerlich seyn.

Wir wollen dem Essen mit der Glut-Pfann helffen wann sie vielleicht kalt seyn worden.

T. Sihe da den gefräßigen Hecht / der die kleinen Fisch fängt.

und den stachlichten Bersig / den Karpffen;

Den Krebs / der mit seinen Scheeren hinder sich kreucht;

Die Forell / deren etliche den Vorzug unter den Fischen geben?

Den Weißfisch / der schier der schlechteste ist unter allen;

Deßgleichen die Grundel den Kreß / und den grossen Bolch / den etliche einen Barben nennen.

E. Welches seynd die fürnemste Bißlein an den Fischen?

T. An einem Hecht und

jecur?

In barbo mandibula uraque;

Ir carpione lingua haberi solet in deliciis.

E. Quibusnam piscibus tu primas adjudicas?

T. Mihi verò in exiguo sunt discrimine;

Quisquis ferè prior óbvenit, eo perinde ac optimo vescor.

E. Vidi, qui anguillis prorsus abstinebant,

T. Multis videtur nihil delicatius.

Quidam etiam mustélis abhorrent;

Eò quòd ranis non sint absímiles à parte anteriore.

E. Quid discriminis est inter salmònem & esocem?

T. Salmo est recens, esox salîtus.

E. Quid de tinca sentis?

T. Ajunt esse piscem limosum & insalúbrem;

ve-

Aalruppen die Leber;

An Barben beede Kiefer; (Backen;)

An einem Karpffen pflegt die Zunge für das Beste gehalten zu werden.

E. Welchen Fischen erkennest du den Preiß (Vorzug) zu?

T. Ich halt einen geringen Unterschied unter ihnen? Welcher mir am ersten vorkommt / den esse ich für den besten.

F. Ich habe ihrer gesehen die gantz keine Aal-assen.

T. Viel beduncke / es sey nichts schleckerhafftigers.

Etliche essen auch kein Aalruppen;

Darum/daß sie von fornenher den Fröschen nit ungleich sind.

E. Was ist für ein Unterschied zwischen einem Salmen und Lachs?

T. Ein Salm ist frisch / ein Lachs gesaltzen;

E. Was hältest du von einer Schleyen?

T. Man sagt / es sey ein schleimichter und ungesunder Fisch;

gleich-

velut omnes salîtos, salpam, asellum, halécem,

& infumatos, aut arengaw & passerem.

Sed & quatuor anni tempestates illic cónspicor: Ver, Æstatem, Autumnum & Hiemem;

Et duodecim menses: Januarium, Februarium, &c

Singulos seperatim occupatos opere sibi congruo.

Sed finem facio, ne patientiâ vestrâ abútar.

Dies me deficeret, si singula exactè contemplari vellem.

E. Hîc ad lævam est liberum pratum, præter virorem graminum nihil habens.

T. Atqui viror hic oculos mirificè récreat.

E. Septum est sepe perpetuâ è spinis implexis, sed vivis contexta.

Ad dextram tandem est pomarium,

in quo, cum erit otium, vide-

gleichwie alle gesaltzene/ die Rotschern/ Stockfisch/ Hering/

auch die geräucherte/ als der Bückling/ die Plateis.

Über diß seye ich auch dort die vier Jahrszeiten: den Frühling/ Sommer/ Herbst und den Winter;

Und die zwölff Monat; den Jenner/ Hornung/ &c.

Deren jeder besonders geschäfftig ist/ mit dem ihm zugehörigen Werck.

Aber ich mach ein End/ damit ich eure Gedult nicht mißbrauche.

Der Tag würde mir zu kurtz werden/ wann ich alles eigentlich wolte beschauen.

E. Hier zur lincken ist eine offne Wiese/ (Matte) darauf ohne das grüne Gras nichts stehet.

T. Aber die grüne erfrischt die Augen wunderfehr.

E. Sie ist umzogen mit einem gantzen Zaun von geflochtenen/ aber doch lebendigen Dornen gemacht.

Endlich ist gegen der rechten Hand ein Baumgart/

darinn werdet ihr/ wann

videbitis plurimas peregrînas arbores,

quas paulátim doceo cœlo noſtro aſſuéſcere.

Ultra illud eſt hortus medicinalis,

in quem, quicquid eſt inſignium herbarum medicarum, congeſſi.

S. Papæ! næ tu vincis ipſum Alcinoum.

E. Hîc aviarium eſt in confinio, adhærens ambulácro ſuperiori,

quod videbitis à prandio, audietis miros concentus.

Sunt omnes aviculæ adeò cícures,

ut, ſi quando cœno illic,

apertâ feneſtrâ dévolent in menſam,

cibumque vel è manibus capiant:

Adeò dedidicerunt timére,

quia ſentiunt, neminem lædere,

ihr Zeit habt / viel fremde Bäumſehen /

die ich allgemach gewehne / unſere Lufft zu gewohnen.

Hinter dem iſt ein Artzney Gart /

darein / hab ich was der beſten Artzney-Kräuter ſind / zuſammen getragen (geſetzt.)

T. Behüt GOtt! du übertrifft in Warheit auch den trefflichen Gärtner Alcinoum ſelbſt.

E. Hie iſt ein Vogelhütte in der Nähe / die hanget am obern Spatziergang /

die ſolt ihr nach dem Mittag-Eſſen ſehen / ihr werdet wunderlich en Geſang durcheinander hören.

Es ſeynd alle Vögelein ſo zahm /

daß / wann ich zu Zeiten allda zu Nacht eſſe /

und das Fenſter offen habe / ſie auf den Tiſch herab fliegen /

und das Eſſen auch wol aus den Händen nehmen:

So gar haben ſie vergeſſen (entlernt) ſich zu fürchten / weil ſie mercken / daß ihnen niemand nichts thut.

In

Am

In extrémo pomario apum Regnum eſt.

Nec illud ſanè ſpectaculum inamœnum,

videre alias evolantes ex alevaris;

alias redeuntes cum onuſtis cruſculis;

alias prodeuntes idéntidem & provolventes,

ſi quid obſtaculi animadverterint.

Alias inſidentes floribus & colligentes ſuccum melleum.

Sed in præſentia non ſinam vos ampliùs inſpectare,

ut ſit, quod poſthac vos révocet tanquam ad novum ſpectaculum.

Nunc ad prandium, ſi placet eamus.

T. Quandoquidem ita vis, non recúſo,

E. Ut eſt diei tempus, non convenit differri longiùs.

Coll.

Am Ende des Baumgartens iſt der Bienen Reich.

Auch dieſes Spectacul iſt fürwahr nicht unanmutig/

wann man etliche aus dem Bienenkörben fihet herausfliegen;

Etliche wiederkommen mit beladenen Schenckelein;

andere immerzu herauskommen/ und abwältzen/

ſo ſie etwann eine Hindernüs vermercken.

Andere auf Blumen ſitzen/ und honig ſüſſen Safft einſammeln.

Aber jetzt für dismal werde ich euch nicht länger laſſen beſehen/

damit etwas überbleibe/ das euch nachgehends wieder gleich als zu einem neuen Schauſpiel anreitze.

Laſſt uns nun/ wanns euch belibt/ zum Mittageſſen geben.

T. Weil du es alſo wilſt haben/ ſchlage ichs fürwar nicht ab.

E. Wie es an der Tagzeit iſt/ ſo ſchickts ſichs nicht/ länger zu verziehen (daß mans länger aufziehe.)

Coll. LI.

Convivium decem hominum.

Ex Cornelio Valerio.

Hermannus, Johannes, Rupertus, Fridericus, Anna.

Her. Precor tibi fauſtum diem, Johannes.

J. Tibiq; viciſſim proſperum diem det DEUS.

H. Ut vales?

J. Benè valeo, DEI beneficio.

Quid tu Hermanne, ut res ſeſe habent tuæ, ſatin ſalvæ?

H. Ego quoque rectè valeo:

Ut valent parentes tui?

J. Benè valent, benignitate DEI.

H. Quid tu tam manè cubitu ſurgis?

J. Nondumne tibi videtur ſurgendi tempus?

H. Adhucne jejúnus es? Nondum jentaſti?

J. Nondum, præmatúrum enim eſt.

Quid tu, jamne jentaſti?

H. Etiam,

Coll. LI.

Eine Mahlzeit von zehen Perſonen.

Maria, David, Petrus, Heinricus, Lucas.

Har. GOtt geb dir einen guten Tag/ Johannes.

J. Und dir hingegen wiederum/ Herman/ gebe GOtt einen guten Tag.

H. Wie geht es dir?

J. Es geht mir wol/ GOtt ſey Danck.

Wie iſts mit dir/ Herman/ wie ſtehen deine Sachen/ gut (wol) genug?

H. Ja/ es geht mir auch wol:

Wie gehts deinen Eltern?

J. Es gehet ihnen wol/ GOtt ſey Lob.

H. Was machſt du ſo frühe auf?

J. Beduncket dich noch nit Zeit ſeyn/ aufzuſtehen?

H. Biſt du noch nüchtern? Haſt du noch nicht gefrühſtuckt?

J. Noch nicht/ dann es iſt noch zu frühe (zu bald.)

Was du/ haſt zu Morgen geſſen?

H. Ja

H. Etiam jam dudum, egone sim tamdiu jejunus? unde nobis ades?

J. Unde adsim, quæris? è ludo literario, è templo & ex foro.

H. Quò abis?

J. Domum.

H. Quota est hora?

J. Ferè duodecima.

H. Tamne serum est?

J. Abeundum est mihi, objurgabor à matre mea, vale Hormanne.

H. Siccine próperas? Annon fecit Præceptor noster muntionem mei?

J. Non audivi, non possum diutiùs morari:

Vale, ego abeo.

H. I sanè, & vale.

J. Precor tibi felicem vesperam, mea mater, & vobis omnibus.

M. Johannes, unde advenis? Ubi tu moratus es tamdiu?

Cur ades tam serò?

Jus-

H. Ja vorlängst/ solte ich so lang fasten? von wannen kommst du?

J. Fragst du/ von wannen ich komme? Aus der Schul/ von der Kirchen und vom Marckt.

H. Wo gehst du hin?

J. Heim.

H. Um wie viel Uhr ists?

J. Bey nahe zwölff.

H. Ists schon so spat?

J. Ich muß gehen/ich werd von meiner Mutter geschol-ten (ausgeschändt) werden/ Ade Herman.

H. Eilst du also? Hat unser Præceptor nicht nach mir gefragt?

J. Ich hab nichts gehört/ ich kan nicht länger verzie-hen:

Ade/ ich gehe.

H. Gehe dann hin und leb wol-

J. Ich wünsche euch einen guten Abend/ liebe Mutter/ und euch allen.

M. Johannes wo kommst du her? wo bist du so lang ge-wesen?

Warum kommest du so spat?

Jusseram te redire horâ quartâ, nunc proxima est sexta:

Dic mihi, ubi fueris? nam diu jam abfuisti à Schola, sat scio:

Deferam ad tuum Præceptorem.

J. Quod bonâ tuâ veniâ dixerim, modò redeo é Schola:

Ego nunquam sum moratus:

Percontari poteris nostrum Præceptorem, an verum dicam?

M. Ita faciam, ego verum sciam.

Abi, sterne mensam & festînâ.

J. Libenter, mea mater, ubi est mappa?

M. Mappa jacet intus super ábacum.

Appóne primò sâlem, non potes hoc meminisse?

Jam dixi tibi plus vicies, nihil addiscis, valdé turpe est:

I pestum orbes, scyphos

Ich hatte dich um vier Uhr wieder heissen kommen / jetzt ist es beynahe sechs:

Sag mir / wo du gewesen bist: dann du bist vor längst von der Schul hinweg / ich weiß wol:

Ich wils deinem Præceptor sagen lassen.

J. Mit Urlaub zu reden / ich komm erst aus der Schul:

Ich habe mich nirgend gesäumt;

Ihr möget unsern Herrn Præceptorem fragen / ob dem nicht also sey?

M. Das will ich thun / ich will die Warheit wissen.

Gehe hin / deck den Tisch und eile (gehe naher.)

J. Gern / liebe Mutter / wo ist das Tischtuch?

M. Das Tischtuch ligt drinnen auf dem Trysor.

Setze das Saltz zu erst auf / kanst du das nicht behalten?

Ich habe dirs schon mehr dann zwantzigmal gesagt / du lernest nichts / es ist eine grosse Schand:

Gehe / hole Teller / Becher

und

phos & mappellas (mappulas.)

J. Libenter, mea mater, ubi ea sunt?

M. Nihil tu invenire nosti: hîc adsunt en quàm probè quæris.

I, Pete panem.

J. Faciam, da pecuniam, quanti vis ádferam?

M. Eme duobus sólidis,

partim cándidum, partim cibarium panem,

utrinque parem numerum, & utrumque recens coctum.

J. Libenter, eo:

En, adest panis, mater,

M. Benè factum:

Adfer ligna, extruendo foco,

cultros acue, infunde aquam in aqualem,

atque isthic appéndito mantile candidum:

Pater tuus venit, & David, cognatus tuus, venit unâ,

Ito illis óbivam, aperîto caput, ac decenter pópliten flectito.

J. Ex

und Teller-Tüchlein (Salvet.)

J. Ja gern liebe Mutter / wo sind sie?

M. Du kanst nichts finden: da sind sie / sihe / wie du so schön suchest.

Gehe hole Brod.

J. Wol / gebt mir Geld / für wie viel soll ich bringen?

M. Kauffe vor zween Schilling /

halb weiß und halb rocken (Gesind-) Brod /

jegliches gleichviel / (eines soviel als des andern) und beedes neugebbcken.

J. Wol / ich gehe:

Sehet / da ist Brod / liebe Mutter.

M. Du hast wol gethan:

Bring Holtz ein Feuer anzu machen /

weß die Messer / gieß Wasser in das Hand-Faß /

und hencke dort eine weisse Handzweel hin:

Dein Vatter kommt / und David / dein Vetter / kommt mit ihm.

Gehe ihnen entgegen / ziehe deinen Hut ab / und neige dich gebührlich.

J. Seyd

J. Exoptatus ades, mi pater, cum tuis sodalibus.

D. Petre, estne hic tuus filius?

P. Etiam, meus hic est filius.

D. Scitus puer est, Deus donet illi progressum semper ad virtutem.

P. Habeo gratiam, cognate.

M. Optatus ades, cognate.

D. Habeo gratiam, mea cognata.

M. Cognate, quid isthic moraris? cur non ingrèderis?

Accéde ad ignem, dein accumbemus epulis.

D. Quid? frigére me putas? dédecus foret.

M. Cognate, ut se res habent tuæ?

D. Rectè, Dei beneficio.

M. Cur non adduxisti cognatam meam?

D. Infirma valetudine est.

P. Ain

J. Seyd willkommen / lieber Vatter / mit eurer Gesellschafft.

D. Peter / ist das euer Sohn?

P. Ja / es ist mein Kind.

D. Es ist ein feiner Knab / GOtt lasse ihn allzeit zunehmen in der Tugend.

P. Habt Danck / lieber Vetter.

M. Seyd willkommen / lieber Vetter.

D. Habt Danck liebe Baas

M. Vetter / was thut ihr da? warum kommt ihr nicht herein?

Geht zum Feuer / (wärmt euch) darnach wollen wir essen.

D. Wie? meinet ihr / es friere mich? das wäre eine Schande.

M. Vetter / wie-stehts um euch:

D. Wol / GOtt sey Lob.

M. Warum habt ihr mein Bäslein nicht mitgebracht?

D. Sie ist kranck.

P. Ists

P. Ain verò? Imbecilla est valetudine?
Quo morbo labórat?

D. Febri.
M. Diune laboravit illo morbo?
D. Circiter octo dies.
M. Isthuc quidem nescivi:
Visam ipsam cras, si volet Deus.
Friderice, adfer sellam tuo cognato.
Abi deinde ad ostium, pulsatur, vide, quis sit:

Rupertus erit, sat scio.

F. Libenter mea mater, eo: quis pulsat fores?

R. Amîcus; áperi ostium.
F. Tune es, Ruperte?

R. Etiam, estne pater tuus domi?
F. Est, & item mater mea.
Ingredere, dicam patri, te veniſſe.

P. Fri-

P. Jsts wahr? Jst sie kranck?
Was hat sie vor eine Kranckheit?
D. Sie hat das Fieber.
M. Hat sie es lange gehabt.

D. Ungefährlich acht Tag.
M. das hab ich nicht gewust:
Jch will sie morgen/ wills GOtt besuchen.
Friederich/ bring einen Stul für deinen Vetter.
Gehe darnach hin zu der Thür/ man klopffet/ sihe/ wers ist:
Es wird der Ruprecht seyn/ das weiß ich wol.
E. Jch wils gern thun/ liebe Mutter/ ich gehe: wer klopffet an der Thür?
R. Ein Freund/ thue auf.

F. Seyd ihr da/ Ruprecht?

R. Ja ich bins/ ist dein Vatter daheim?
F. Ja/ und meine Mutter auch.
Kommt herein/ ich wills meinem Vatter sagen/ daß ihr kommen seyd.

P. Fri-

P. Friderice, fac parentur omnia, ut accumbamus.

E. Pater omnia parata sunt, ubi voles, accumbere licebit.

P. Benè habet, continuò isthic ádero, voca pueros.

E. Faciam libens, pater.

Heus Johannes, veni discubitum, ubi moraris? quid isthic rei est?

J. Quid sit? est hîc quod agam.

F. An nescis discumbendi tempus esse? veni consecraturus mensam.

J. Venio.

P. Johannes, cur non venis, an vocandus es?

Adfer sedilia.

M. Petre acumbamus, sam tempus est,

P. Mihi placet.

M. David, hîc accumbe.

D. Egone? Pace tuâ dixerim, id neutiquam fecero.

Petro detur iste locus, quæso.

M. Pe-

P. Friederich/ sihe daß alles fertig werde/ daß wir zu Tisch sitzen.

F. Vatter/ es ist alles fertig/ ihr möget zum Essen gehen/ wanns euch beliebe.

P. Wol/ ich will von Stund an kommen/ ruffe den Kindern.

E. Ich wills thun/ lieber Vatter.

Hörst du Johannes/ komme zum Essen wo bleibst du? was hast du dort zu thun?

J. Was solt ich thun? Ich hab hie zu schaffen.

F. Weissest du nicht/ daß es Essenszeit ist? komm und bete vor dem Tisch.

J. Wol/ ich komme.

P. Hans/ warum kommst du nicht/ muß man dir ruffen?

Bring die Stül her.

M. Peter/ lasst uns niedersitzen/ es ist Zeit.

P. Ich bins zu friden.

M. David/ sitz daher.

D. Ich? habt mirs nicht verübel/ ich werde es nicht thun.

Lasst Petern da sitzen/ bitte ich.

M. Der

M. Petrus non ſolet eo loco ſederè, hic ejus locus eſt.

Johannes, conſecra menſam.

J. Libenter, mea mater.

Felix fauſtumq; ſit vobis totique ſodalitio.

M. Friderice, afferq; cibos, acetarium & carnem ſalſam:

Funde nobis, quod bibamus.

Funde tuo cognato, & cæteris omnibus.

Friderice, aſſide nobis.

Johannes, affer olus tuo fratri, & fac reliqua parentur ocyus.

J. Frater, áccipe ſorbitionem.

P. Cur non edis tuam ſorbitionem, dum calida eſt?

F. Nimiùm adhuc fervet.

M. Johannes adfet huc panem, Rupertus non habet.

Adfer diſcum & ſinápi.

P. Ce-

M. Der Peter pflegt nicht da zu ſitzen / das iſt ſein Platz.

Hans / ſprich das Gebet.

J. Gerne meine liebe Mutter.

GOtt geſegne es euch und der gantzen Geſellſchafft.

M. Friderich bring uns zu eſſen / den Salat und das geſaltzne Fleiſch:

Schenck uns ein zu trincken.

Schenck deinem Vettern ein / und fort umher.

Friderich / ſitz zu uns.

Hans / hole ſauer Kraut für deinen Bruder / und laß das andre geſchwind fertig machen.

J. Bruder / nim dein Supp.

P. Warum iſſeſt du deine Supp nicht / weil ſie warm iſt?

F. Sie iſt noch zu heiß /

M. Hans / bring Brod her / der Ruprecht hat keins.

Bring einen Teller und Senff.

P. Gebt

P. Cedò cántharum cerevisiarium.

R. Accipe, cave è manibus excidat,

P. Omitte, jam satis teneo.

M. Petre, ne mox bibas á sorbitione, est enim insalúbre:

Priùs aliquid ede, quàm bibas.

Petre, minístra mihi carnem, præcíde etiam panem.

Minístra etiam Friderico, quod edat.

P. Etiamne illi minístrari oportet?

Minístra tibi ipsi, jam enim grandior es.

M. Pórrige illi, quod edat, verecundatur enim:

Non audet capere cibum, ut video.

P. Hem accipe: adfer huc aliud.

J. Nondum paratum est.

M. Vise, an artócreas & placentæ sint allatæ.

I. fer assa, & funde vinum:

Ne

P. Gebt mir die Bierkannen her.

R. Nehmet sie/ lasst sie nicht fallen.

P. Laß sie gehen/ ich habe (halte) sie wol.

M. Peter/ trinckt nicht so bald auf die Suppen/ dann es ist ungesund:

Esset zuvor etwas/ ehe ihr trincket.

Peter schneidet mir Fleisch/ schneidet mir auch Brod.

Gebt auch den Friederich etwas zu essen.

P. Muß man ihm auch vorlegen? (dienen)

Nimm (diene) dir selbst/ dann du bist jetzt groß genug.

M. Gebt ihm etwas zu essen/ dann er schämt sich:

Er ist nicht so keck/ daß er isst/ wie ich sehe.

P. Da nehmt hin; bringt etwas anders her.

J. Es ist noch nicht fertig.

M. Sihe/ ob man die Pasteten und Torten gebracht habe.

Gehe/ und hole das Gebratens/ und schenck Wein ein:

Schenck

Ne sic ad summum impleas, annon vides, quid facias? effundis.

J. Facite isthîc locum, pátinis ponendis.

M. Jam vos omnes salvére jubeo.

D. Multum hîc ciborum est, nimios sumptus fecisti.

M. Non feci profectò, dolet mihi, non esse plura, verùm vos hæc boni consúlite.

Petre, incîdeistum, armum ovillum:

Adfer huc radiculas, (raphanos,) pastináces & cáppares.

Ministra Davidi aliquid de lépore & de cuniculo.

Seca has perdices, non satis ministras.

Omnes, quæso, indulgete genio.

R. Satis hîc certè est, ad hilariter epulandum.

P. Johannes, funde nobis vinum.

J. Nihil reliquum est vini.

P. Fer aliud.

J. Un-

Schenck nicht so gar voll ein/ siehest du nicht/ was du machest? du verschüttest.

J. Machet da Raum/ die Schüsseln zu setzen.

M. Jetzt heisse ich euch alle willkomm seyn.

D. Allhier ist vie lzu essen/ ihr habt zuviel Unkosten aufgewendet.

M. Nein fürwar/ es ist mir leid/ daß nicht mehr da ist/ nehmt aber mit diesem für lieb.

Peter/ schneidet diesen Hammel-Schlegel an:

Bringt die Rettich/ Pestnacken und Cappern her.

Legt dem David etwas von dem Hasen und Kaninichen (Küniglein) für.

Zerschneidet die Rebhüner/ ihr wartet nicht gnugsam auf.

Lieber (ich bitte euch) seyd alle frölich.

R. Hier ist fürwar gnug/ sich frölich zu machen.

P. Johannes schenck uns Wein ein.

J. Es ist kein Wein mehr da.

P. Hole andern.

J. Unde petam?

P. Unde proximè attulisti.

J. Quantum adferam?

P. Adfer duos sextarios, & redi celerrimè.

J. Celeriter curram, pater.

M. Tu nunc surge, Friderice, & ministra mensæ: Circúmspice, nihilne desit.

Visne plus cibi, dic liberè.

F. Non, mea mater, satis edi, Deo habenda gratia.

M. Jam bibe: éstne in poculo tuo cervisia.

F. Est, Mater, quantum satis est.

M. Si non est, ádferas licet.

A. Num quis fores pulsat? vise.

F. Quis pulsat fores?

H. Ego sum, áperi, hîc ampliús dimidiatam horam steti.

F. Nunquid vis?

H. Sal-

J. Wo soll ich ihn herholen?

P. Da du nächst geholet hast.

J. Wieviel soll ich bringen?

P. Bring mir zwo Maaß/ und komm eilends wieder.

J. Ich will schnell lauffen/ Vatter.

F. Friderich/ stehe du jetzt auf/ und diene zu Tisch:

Sihe dich um/ daß nichts mangle.

Wilt du mehr essen/ sags frey (keck lich.)

F. Mein Mutter/ ich habe gnug gessen/ GOTT sey Danck.

M. Trinck dann: ist in deiner Kannen noch Bier?

F. Ja Mutter/ es ist noch gnug darinnen.

M. So nichts drinnen ist/ darffst du holen.

A. Klopfft nicht jemand an der Thür? gehe und schaue.

F. Wer klopffet an der Thür?

H. Ich bins/ thue auf/ ich bin länger dann eine halbe Stund da gestanden.

F. Was wollt ihr?

H. Seyd

H. Salve, amice, estne herus domi?

F. Est, eumne conventum cupis?

H. Cupio, ubi is est?

F. Accumbit, si quid voles, nunciavero lubens.

Quem dicam esse, qui convenire illum velit?

H. Præsens præsenti mihi conveniendus est.

Dicito, adesse patrui ejus famulum: vel dicito, me venire ab ejus patruo.

F. Eo, sic illi nunciaturus, morare hîc paululum.

Pater, hîc est quidam, qui vult te convenire.

P. Quid hominis est?

F. Non novi, Pater; ait, se venire à tuo patruo.

P. Roga, quid velit.

J. Ait, se tibi ipsi loqui velle.

P. Jube ingredi.

F. Amice, ingredere.

H. Salvum sit totum contubernium.

P. Salve, Heinrice, quid adfers boni?

H. Pe-

H. Seyd gegrüsst / Freud / ist der Herr daheim?

F. Ich / er ist daheim / begehret ihr ihn zu besprechen?

H. Ja / wo ist er?

F. Er sitzt zu Tisch / so ihr etwas begehrt / ich wills ihm gern ansagen.

Wen soll ich sagen / der nach ihm frage (zu ihm begehre?)

H. Ich muß selbst bey ihm seyn (ihn besprechen.)

Sage ihm / daß seines Oheims Diener da sey: Oder sage ihm / daß ich von seinem Oheim komme.

F. Wol / ich wills ihm also ansagen / wartet allhie ein wenig.

Vatter / hier ist ein Mann / der begehrt euch zu besprechē.

P. Was ists für ein Mañ?

F. Ich kenne ihn nit / Vatter; er sagt / er komme von eurem Oheim.

P. Frag / was er wolle.

J. Er sagt / er müsse euch selbst ansprechen.

P. Laß ihn herein kommen.

F. Freund / kommt herein.

H. GOtt grüß die gantze Gesellschafft.

P. Willkomm / Heinrich / was bringt ihr guts?

H. Petre, herus meus huc me misit, te rogatum,

ut velis cras in prandio ejus esse conviva.

P. Ut valet meus patruus?

H. Rectè valet, DEI beneficio.

P. Istuc equidem perquàm libens audio:

Sed ages illi meo nomine maximas gratias,

& dices, me in prandio ei non posse adesse,

nam invitatus sum ab alio,

Id ni esset, lubens venirem;

A dibo tamen eum cras à prandio procul dubio.

H. Benè est, dicam hæc illi: Precor tibi faustam noctem.

P. Heinrice, expecta; bibe, priusquam abeas

H. Non sitio, habeo gratiam.

F. Morare paulisper, bibendum tibi est.

H. Abeundum mihi est.

M. Nondumne rediit Johan-

H. Peter / mein Herr hat mich her gesandt / euch zu bitten /

daß ihr morgen zu Mittag sein Gast seyn wollet.

P. Wie gehets meinem Oheim?

H. Noch wol / GOtt sey Lob.

P. Fürwar / das höre ich gern:

Sage ihm aber von meinetwegen grosen Danck /

und sage ihm / ich könne auf den Mittag nit zu ihm komen /

dann ich bin von einem andern geladen.

Wann das nicht wäre / wolte ich gern kommen;

Doch will ich morgen nach Mittag unfehlbar zu ihm kommen.

H. Es ist gut / ich will ihm das sagen: GOtt gebe euch eine gute Nacht.

P. Wartet / Heinrich; trinckt / ehe ihr gehet.

H. Ich habe keinen Durst / bedancke mich.

F. Verziehet ein wenig / ihr müsst eins trincken.

H. Ich muß gehen.

M. Ist der Hans noch nit wieder-

Johannes? ubi hæret tamdiu?

F. Venit.

P. Johannes, quî fit, ut tamdiu moratus sis?

J. Non potui venire citiùs, multi illic aderant, semper cucurri.

M. Agedum, funde hîc vinum.

P. David, gusta, an sit bonum.

D Alterum erat præstantius.

R. Non erat profectò, hoc melius, meo judicio.

M. Anna, tu non indulges genio, quî fit, ut nihil dicas?

A. Quid ego dicerem? Tacuisse præstat, quàm malè esse locutam

Nescio promptè Gallicè loqui, itaque taceo.

M. Tu æquè feliciter pronuncias atq; ego, imò etiam meliùs.

A. Non certè, istuc equidem cupiam etiam impen-

wiederkommen? wo bleibt er solang?

F. Er kommt.

P. Hans/wie kommts/ daß du so lang ausgeblieben bist?

J. Ich habe nicht eher kommen können / es waren viel Leut da / ich bin allzeit gelofen.

M. Wolan / schencke hier Wein ein.

P. David versuche ihn / ob er gut sey.

D. Der andere war besser.

R. Nein fürwar / dieser ist/meinem Beduncken nach/ besser.

M. Anna / ihr seyd nicht lustig / wie kommts / daß ihr nichts redet?

A. Was solte ich reden? Es ist besser/ Schweigen/dañ Ubel reden.

Ich kan nicht wol Frantzösisch reden / darum schweige ich.

M. Ihr redets so gut als ich/ ja auch besser.

A. Nein gewißlich / das möchte ich fürwar / wanns

impendio viginti florenorum.

M. David, tu non cómedis: Seca mihi istius aliquid.

Hoc nimis elixum est, atque istud non satis assum.

Nonne?

D. Idem & mihi videtur.

A. Ruperte, cómmoda mihi, quæso, tuum cultrũ.

R. Accipe, verùm hunc mihi reddes, ubi prandium absolveris.

A. Si tibi eum non reddidero, ne posthac mihi cómmodes.

R. Non profectò.

A. Bonus culter est, quanti à te emptus est?

R. Tribus grossis.

A. Vile pretium est: vende mihi tantîdem, tuam tibi pecuniam reddam.

R. Non recúso.

M. Ruperte, nihil edis, Sponsæ quietem & ostentationem refers:

Ipse tibi aliquid sume.

Verecundarisne?

R. An-

mich auch zwanzig Gülden kosten solte.

M. David/ ihr esset nichts: Schneidet mir dort von etwas.

Dieses ist zu wol gesotten/ und diß zu wenig gebraten.

Ist ihm nicht so?

D. Das dunckt mich auch.

A. Ruprecht/ leihet mir euer Messer.

R. Nehmts/ aber gebt mirs wieder/ wann ihr gessen habt.

A. Wann ich es euch nicht werde wiedergeben/ so leihet mirs hinfort nicht mehr.

R. Nein fürwahr.

A. Es ist ein gut Messer/ wieviel hat es gekostet?

R. Drey Groschen.

A. Das ist ein guter Kauff: gebt mirs wieder darum/ ich will euch euer Geld wiedergeben.

R. Ich bins zu frieden.

M. Ruprecht/ ihr esset nichts/ ihr sitzt und prangt (schmollt) als wie eine Braut:

Nehmt euch selbsten etwas heraus.

Schämt ihr euch?

R. Ess

R. Anon ſatis cómedo? plus edo, quàm ullus accumbentium.

P. Nunc ſtrenuè bibamus, cúm parúm ſit, quod edamus.

A. Quid ais? Hîc tantum ciborum eſt, ut vel viginti ſufficiat hominibus.

Tu ſanè nimis magnos feciſti ſumptus.

P. Non feci: nunc age, propîno tibi, reſpondebisne mihi?

A. Et iam, ex animo, volente Deo.

P. Hem tibi, exhauſi, jam tu mihi reſponde.

A. Ego non poſſum profectò iſtud exhaurire, mihi nimium eſt.

P. Bibe, quantum libet.

A. Mox bibam: Jam vide, annon biberim?

M. Itáne! Cur tu ita vis rogari? cui propinásti?

Jam præbibe aliquando mihi, num mihi iráſceris?

R. Eſſe ich nicht genug? Ich iß mehr/ dann ſonſt keiner an dem Tiſch.

P. Laſſt uns deſto beſſer trincken/ weil wir wenig zu eſſen haben.

A. Was ſagt ihr? Es iſt ſo viel eſſen da/ daß wohl zwantzig genug daran haben könten.

Ihr habt fürwahr gar zuviel Unkoſten aufgewendet.

P. Nein gewißlich: Nun wolan/ ich brings euch/ wollt ihr mir Beſcheid thun?

A. Ja/ von Hertzen gern/ wills GOtt.

P. Sihe da nun iſts aus/ thut ihr mir jetzt Beſcheid.

A. Ich kan diß fürwahr nit austrincken/ es iſt mir zuviel.

P. Trincket ſo viel euch beliebet.

A. Ich will bald trincken: Jetzt ſehet/ ob ich nicht getruncken?

M. Ja! warum wollet ihr alſo gebetten ſeyn? wem habt ihrs gebracht?

Jetzt bringets einmal mir/ ſeyd ihr zornig über mich?

A. Quamobrem tibi iraſcar?

M. Quia non propînas mihi.

A. At præbibi tibi.

M. Non memini:

Satis autem jam dictum de bibendo, nobis etiam edendum eſt, ego valdè eſurio:

Réſeca iſthic mihi fruſtum carnis, nequeo enim attingere catſnum.

P. Ego igitur tibi miniſtrabo, jam nunc accipe.

M. Vide, quantulum mihi pórrigat.

Ruperte, miniſtra mihi aliquid ex armo ovillo.

R. Faciam, hem accipe.

M. Habeo gratiam.

P. Johannes, adfer panem, & funde vinum omnibus.

M. Pulſatur oſtium, annon tu audis, Johannes?

J. Viſam, mea mater: Adeſt Lucas, Andreæ famulus.

M. Quid

A. Warum ſolt ich über euch zürnen?

M. Darum / daß ihr mir keins zutrinckt.

A. Ich hab euch aber eins gebracht.

M. Ich denck nimmer daran:

Jetzt hat man gnug vom Trincken geredt / wir müſſen auch eſſen / es hungert mich ſehr:

Schneidet mir dort ein Stück Fleiſch herab / dann ich kan nicht in die Schüſſel reichen.

P. So will ich dann euch geben / da nehmt jetzt.

M. Sehet / was er mir vor ein Stücklein gibt.

Ruprecht / ſchneidet mir etwas von dem Hammel-Schlegel.

R. Wol / nehmts da.

M. Habt Danck.

P. Hans / bring Brod / und ſchencke um und um ein.

M. Man klopffet an der Thür / hörſtu es nicht / Hans?

J. Ich will ſehen / Mutter: Da iſt Lucas Andreſen Diener.

M. Was

M. Quid ille me vult?

J. Adfert aliquid.

M. Ain verò? Jube ergo introire.

J. Luca, ingredere.

L. Sit felix convivium.

P. Tune es, Luca?

L. Etiam, Petre.

P. Quid portas novi?

L. Nihil équidem, Petre.

P. Ut valet Dominus tuus?

L. Benè valet, Petre, jubet te salvére,

cupitque se commendatum tuæ benevolentiæ, atq; hoc tibi dono mittit:

Te orans, ut id accipias animo benigno,

neq;, tantummodò spectes exiguum munus, sed sincérum ejus in te animum.

P. Gratias ages hero tuo, & dices ei, me gratiam relaturum, juvante DEO.

L. Faciam, Petre.

P. Pro-

M. Was begehret er meiner?

J. Er bringt etwas.

M. Bringt er? So lasst ihn dann herein kommen.

J. Lucas / gehet herein:

L. GOtt gesegne euch die Mahlzeit.

P. Seyd ihrs / Lucas?

L. Ja / Peter.

P. Was bringt ihr Neues?

L. Nichts sonderliches / Peter.

P. Wie gehets eurem Herrn?

L. Er ist wol auf / Peter / lässt euch grüssen /

befiehlt sich eurer Gunst / (Gewogenheit /) und schickt euch dieses zum Præsent.

Bittend / daß ihr selbiges gutwillig annehmet /

und nicht nur das geringe Geschenck / sondern seine gute Affection gegen euch ansehen wollet.

P. Ihr sollt eurem Herrn freundlich dancken / und ihme sagen / daß ichs wiederum verschulden wölle / wills GOtt.

L. Ich wills thun / Peter.

P. Propinato Lucæ poculum, & eum deducito præláto lumine.

L. Precor tibi fauſtam noctem, Petre, totiq; tuo ſodalitio.

P. Et nos tibi, Luca, bibiſtine?

L. Etiam, Petre.

M. Johannes, emunge candélas: Viſe, an aliud quidiam paratum ſit.

Auſer hæc omnia atque huc aliud quidpiam adfer:

Commuta quadras, & adfer bellaria unà cum caſeo

F. Adſunt hîc omnia, pater.

D. Ruperte, nihilne habes novarum rerum;

R. Profectò nihil novi audivi, niſi ſalva omnia.

D. Núllane ſit de pace mentio?

R. Non habeo quod ulla de pace dicam, credo pacem longè adhuc abeſſe.

D. Annon audiviſti, quemadmodum Rex Galliæ-

P. Bringt dem Lucas ein Becher zu / und leuchtet ihm hinaus.

L. Ich wünſche euch eine gute Nacht / Peter / und eurer gantzen Geſellſchafft.

P. Und wir euch auch / Lucas / habt ihr getruncken?

L. Ja / Peter.

M. Hans buße das Liecht: Sihe / ob etwas anders fertig ſey.

Nimm diß alles hinweg / und bringe etwas anders her:

Leg friſche Teller / und bringe uns das Confect ſamt dem Käs.

F. Es iſt alles da / Vatter.

D. Ruprecht / wiſſet ihr nichts Neues?

R. Ich habe fürwahr nichts Neues gehört / dann alles Guts.

D. Sagt man nichts vom Frieden?

R. Ich weiß von keinem Frieden nichts zu ſagen / ich glaub / der Fried ſey noch weit von hinnen.

D. Habt ihr nicht gehört / wie der König in Franckreich

in

liæ prælio facto superatus sit ab Hispanis?

R. Audivi quidem, verùm circumferuntur tam multa mendacia,

ut nescias, quid credendum sit.

D. Verum dicis.

R. Quid si nos vellemus cum eo pacem facere, bellum non foret diuturnum.

P. Ita est profectò.

Iohannes, aufer hæc omnia, & veni acturus gratias.

J. Adsum pater.

De tali Convivio, &c.

Benè sit vobis, pater & mater, & toti Sodalitio.

P. Nunc bibendum nobis post actas gratias.

R. Rectè mones, sed nunc secunda gratia restat, quam referamus.

Petre, quantum vini absumptum est? volumus pro vino solvere.

P. Nequaquam solvetis, nihil dabitis;

Si

in einer Schlacht von den Hispaniern sey überwunden worden?

R. Ich habs wol gehört/ aber man trägt so viel Lügen herum/

daß man nicht weiß/ was man glauben soll.

D. Ihr sagt wahr.

R. Wann wir Frieden mit ihm machen wolten/ der Krieg solte nicht lang währen.

P. Also ists fürwahr.

Hanns/ thue diß alles weg/ komm und bete nach dem Tisch.

J. Ich bin da Vatter.

De tali Convivio, &c.

GOTT gesegne es euch/ Vatter und Mutter/ und der gantzen Gesellschafft.

P. Lasst uns trincken nach dem Gratias.

R. Du ermahnest recht/ aber wir müssen auch das andre Gratias sprechen.

Peter/ wie viel Wein ist aufgangen? wir wollen den Wein bezahlen.

P. Ihr solt ihn nicht bezahlen/ ihr solt nichts geben:

So

Si potui vos alere cibo etiam pótero potum dare.

So ich euch habe zu essen geben können / so werde ich euch auch zu trincken geben können.

R. Quid hoc rei? Carius nunc vinum est.

R. Was soll das seyn? Der Wein ist jetzt theuer.

P. Audis, quid dicam?

P. Hört ihr nicht / was ich sage?

D. Age igitur, habemus tibi gratiam, & dabimus operam, ut referamus.

D. Wol dann / so dancken wir euch / und werden bedacht seyn / solches wieder zu vergelten.

M. Satis relatum est.

M. Es ist gnugsam vergolten.

P. Ego quoque vobis habeo gratiam, quòd adfueritis.

P. Ich dancke euch auch daß ihr kommen seyd.

Quid ita festinatis?

Warum eilt ihr so sehr?

A. Jam ferè decima est.

A. Es ist bald zehen Uhr.

M. Nondum tam serum est.

M. Es ist noch nicht so spat.

R. Certè est.

R. Es ist gewißlich also.

M. Johannes, adfer lucernam.

M. Hans / hole die Latern.

D. Non cúpimus lucernam, clarum est cœlum. nihil opus est ullâ lucernâ.

D. Wir begehren keine Latern / der Himmel ist hell / wir bedörffen keiner Latern.

H. Precor vobis felicem noctem.

H. Ich wünsche euch eine gute Nacht.

P. Nosque vobis. Valete.

P. Und wir euch auch. Seyd GOtt befohlen.

Coll. LII.

Formulæ Emendi & Vendendi.

Ex Cornelio Valerio.

Catharina.

C. Precor hunc diem tibi felicem.

M. Et ego tibi.

C. Quid tu huc tam manè prodis in aërem frigidum?

Quàm dudum huc venisti?

M. Circiter unam horam.

C. Multáne vendidisti hodie?

M. Quid ego vendidissem tam manè?

Nondum accepi mercimonii primitias.

C. Nec ego.

M. Sis bono animo, tempus adhuc est benè matutînum.

DEUS nobis mittet aliquos emptores.

C. Ita spero:

En, huc tendit quidam ad nos veniet.

Amice, quid emturus es?

Huc

Coll. LII.

Vom Kauffen und Verkauffen.

Margareta, Daniel.

C. GOtt gebe euch einen guten Tag.

M. Und euch auch.

C. Was macht ihr hier so frühe in der Kält?

Wie lange seyd ihr hier gewest?

M. Ungefährlich eine Stunde.

G. Habt ihr heut schon viel verkaufft?

M. Was solte ich so frühe verkaufft haben?

Ich habe noch kein Handgeld (das erste Geld noch nit gelöst.)

C. Ich auch nicht.

M. Habt ein gut Hertz / es ist noch zimlich frühe.

GOTT wird uns etliche Kauffleut schicken.

C. Also hoff ich:

Sihe/hier kommt einer/er wird zu uns kommen.

Guter Freund / was wollt ihr kauffen?

Kommt

Huc ades, si libet quicquam emere.

Circumspice, num sit, quod placeat.

Ingredere, habeo hîc bonum pannum laneum & lineum omnis generis:

Bonum item pannum sericum, undulatum, damascénum, holosericum

Visne emere bonum pileum, vel elegantem librum Gallicum?

An librum chartæ vacuæ.

Vide, si quid emere placeat,

Vendam parvo, pete, quod libet;

Spectaudum proferam inspectio hihilo constabit.

D. Quanti îndicas ulnam istius panni?

C. Indico quinque solidis.

D. Quanti constabit ulnam hujus panni?

C. Constabit viginti solidis.

D. Quanti indicas hanc partem?

C. In-

Kommt hieher/ so euch beliebt etwas zu kauffen.

Sehet euch um / ob ich nichts habe / das euch dienet.

Komt herein / ich hab hier gut wüllen / und leinin Tuch von allerley Gattung:

Deßgleichen gut Seiden-Gewand / Schamlot / Damast / Sammet:

